firmatam efficiendo, q, autem non causat
ipsum habitum sicut in infidelibus et per acci-
dens, q, iam causatum inuenit, sicut con-
uerso. secundum peccatum mortale non
tollit gratiam per accidens, q, iam ipsam ab-
latam inuenit / Ad. 4. q, cum fides firma-
ta sit informis non mutat ipsa fides, sed sub-
iectum fidei, quod est anima, que quandoq;
habet fidem cum charitate, quandoq; uero
fidem sine charitate -

Ar. 5. Vm fides sit virtus necne?

Et uidetur q, non q, virtus ordinat ad bonum ut
dicit in. 2. ethic. fides autem ad uerum / 2.
q, ob sui imperfectum non ponit a Philo-
pho in. 6. ethic inter uirtutes acquisitas, ergo
multo minus ponenda est inter perfectiores in-

intellectuales

fusas
3.

3. q. fides formata & infirma est eiusdem

speciei. sed infirma non est virtus q. cum uir-

tutibus habeat connexionem. ergo neq. formata

Sed contra dicitur Roman. 5. iustificati ex fide,

Dicendum q. cum fides formata sit habitus

et principium boni actus scilicet suus-

quod est credere sine dubio est virtus ad.

Soc autem q. istiusmodi actus sic perfectus

duo requiritur scilicet ut q. infallibiliter or-

dinet ad suum bonum quod est uerum. et

q. infallibiliter ordinet ad ultimum finem

propter quem uoluntas assentit uero. fides

autem infirma deficit perfectio ex parte uo-

luntatis ac propterea uirtus non est. quem

admodum nec temperantia in uoluntate

bili habeat rationem uirtutis nisi sit prouide-

ria in ratione.

Ad. 1. R. q. ipsum uerum est bonum intel-

lecto cum sit eius perfectio. et ulterius fides

habet formari per charitatem. Ad. 2. q. fi-

des de qua loquitur Philosophus est Summana

et imitatio rationis Summanae. non sic fides diui-

na. Ad. 3. q. non differunt specie. sed sicut

perfectum. et imperfectum intra eandem spe-

ciem. uirtus autem perfectio est ut dicitur in

7. phys. / Ad. 4. q. cum annumerat inter gr-

tias gratis datas non sumit pro fide infirma q.

secundum quod fidelibus conuenit. sed pro aliqua

fidei excellentia. scilicet constantia eius. aut

efficaci sermone ut ibi dicitur glossa. Ponit uero

inter fructus secundum quod habeat aliquam delecta-

tionem in suo actu ratione certitudinis. ut ex

ipso citato loco colligitur ubi appellat de inuisibili-

bus certitudo

Ar.

1. q. 1. corint. 12
 annumerat inter
 gratias gratis datas.
 et ad galat. 5. inter
 fructus. quae a uir-
 tutibus sunt disiecta

Ar. 6. Vm Fides sit una virtus?

Unde q. non. q. Isai. 11. Sapientia et sciē
tia inter dona deij computantur differentia in
se. solum quod altera est de temporalibus
altera de eternis. ergo cum fides sit de temp
ralibz. et eternis non erit unus habitus si
ue virtus. 2. q. non est una fidei confessio
antiqui enim confitebantur futurum. quod
nō de fidei confitemur preteritum. 3. q.
q. fides est communis omnibz. fidelibz. Sed
unum acciderit non potest esse in pluribus et
subiectis. ergo non est una virtus.

Sed contra ad ephes. 4. unus dominus una fides
Dicendum q. fides sumpta pro habitu ipso qui
credimus est una specie ex ratione formalis ob
iecti. quod est prima veritas. quamuis distm
quat numerus in diversis subiectis. Si vero
sumat pro credibz. sic etiam est una fides
q. licet sint diversa credibilia omnia redu
cunt ad unum.

Ad. 1. R. q. non est similis ratio de illis et de
fide. q. hęc temporalia credit in ordine ad alij
quod eternum. Ad. 2. q. illa diversitas nō
est ex parte rei creditę. sed ex diversa habitu
dine credentium. Ad. 3. q. illa differentia est
numerica ex parte subiectorum.

Ar. 7. Vm Fides sit Prima inter
Virtutes?

Unde q. non. q. Luc. 9. dicit glossa q. fir
mitudo est fidei fundamentum. fundamen
tum vero prius est. 2. q. glossa que dam sup
illud psalm. nonli emulari. est dicit q. spes in
troducitur ad fidem. 3. q. intellectus inclinatur
ad

~ Summula d. Bone

credendum ex obedientia ergo etiam virtus
obediencie est prior / 4. qz glossa i. v. v. v.
13 dicit qz fundamentum est fides formata
sed formata a charitate. ergo potius charitas
est prima virtus / 5. qz in actu fidei concu-
rit actus voluntatis quem perficit charitas
actus autem voluntatis precedit actum in-
tellectus quem perficit fides. ergo cum ordi-
nabitur sic iuxta ordinem actuum pri-
or erit charitas

Sed contra est Apostoli auctoritas 1. cor. 13. di-
cens qz fides est substantia speranda qz
substantia vero prior est.

Dicendum qz per se virtutes theoreticę priores
sunt qz tendunt in ipsum finem ultimum
et inter eas prior fides quoniam est in intel-
lectu cuius apprehensio nem sequitur volun-
tas que spe et charitate perficitur. per accidens
tamen alie virtutes possunt esse priores fi-
de tanqz remouentes prohibens ad credendum
ut peccata fortitudo pellens timorem. et sumi-
litas superbiam ut subtrahat intellectus. et
alie similiter. quamuis non sint vere vir-
tutes nisi presupposita fide. ut ait Augus-
tinus lib. contra Iulianum. ex quo patet so-
lucio ad primum. / Ad. 2. qz spes in vniuersa
liter non introducit ad fidem immo sperat
qz credit possibile ad ipsam. sed spes dicit intro-
ducere ad fidem. quantum ad perseverandam
in ea. vel ad firmius inhezendum creditis.
Ad. 3. qz obedientia ut dicit generalis inclina-
tionem ad actus virtutum precedit fidem. sed sic
non est specialis virtus. nisi prout dicit inclina-
tio -

tionem ad implenda mandata prout habent
rationem debiti. et sic est virtus supponens
fidem. quia edocemur. quoniam sicut debita
Ad. 4. q. ad fundamentum non sufficit q.
sicut prius. nisi committat cum alijs partibus
aut virtutibus. Et auerem facit charitas. ne
q. tamen est prout fide. Ad. 5. q. altus in
suntatis prout exigit ad fidem non tamen cha-
ritate informatus quate supponit fidem non
erim potest voluntas perfecta amore indeum
tendere. nisi intellectus rectam fidem habeat
circa ipsum.

Ar. 8. Vm fides sit certior scientia
alijs virtutibus intellectualibus?

Fides quoniam quia circa credita potest insur-
gerentibus dubitationibus ac prout indeterminate
permixta est contrariis certitudinis. q. intel-
lectus aut scientia aut sapientia respectus
sunt circa quos sunt. 2. q. visus est certior
auditu. Sed scientia et sapientia sunt quaedam
visus species. fides autem est ex auditu ergo
3. q. per fidem ad intellectum peruenit iuxta
illud Isai. 7. nisi credideritis non intelligetis
et August. 14 de trinitate aut q. per scientiam ro-
borat fides. ergo perfectior et ex consequenti cer-
tior est intellectus et scientia q. fides.

Sed contra est Apostolus 1. Thessal. 2. Verbum fi-
dei non est verbum hominum sed dei; verbo-
autem dei nihil est certius. ergo.

Dicendum q. fides certior est habitibus intellec-
tualibus ante quidem et prudentia. q. circa con-
tingibilia versantur. intellectu autem scientia
et

Et Sapiencia ^{ex} ~~ratiōe~~ et ex parte causae perse
subiectae quae immittit fides ratiōi diuinae. prae
ta autem tria ratiōi Summanae quamuis ex
parte subiecti scilicet intellectus qui plenius
consequitur ea quae sunt naturalia. prae dicta
bitur sunt secundum quod certiores. quae si tria
praedicta considerentur prout sunt diuina presen
tis uita operantur ad fidem. sicut ad principi
um quod presupponunt unde etiam secundum
hoc fides est certior

Summan

Ad. 1. R. q. illa dubitatio non est ex parte fidei
sed ex ratione non plene assequenti quae sunt fi
dei / Ad. 2. q. certior paribus certior est uisus
sed non sic cum ille a quo audit in comparatione
litera excedit uisum. aut ratiōnem uidentis si
ue cognoscentis. ut in ratione casu contingit.

Ad. 3. q. perfectus intellectus et scientia exce
dit cognitionem fidei. quantum ad maiorem
manifestationem. sed non quantum ad cer
torem inhesionem.

Quaestio. 5. de Sabentibus fidem in quattuor articulos diuisa.

Ar. 1. Vm Angelus et Somus in prima
sui conditione Sabuerit fidem?

Et uidetur quod non. quod dicit Hugo de Sancto uict
q. q. 2. in oculum in contemplationis non Sabet
Deum uidere et ea quae in ipso sunt non ualeat
sed angelus in sui prima conditione Sabu
it oculum in contemplationis; uidebat enim
in uerbo ut ait Augustinus. 2. super genes. et
primus Somus in Hugonem citat hoc Sabuit
in primo statu cognitionem creaturis sui. non
ea

ea cognitio qua nunc ab habentibus fidem
 quere. ergo sed ea qua per presentiam write
 statum cernebat. ergo rite Sabine fidem
 2. qz neqz in angelis neqz in homine in sui
 prima condicione poterit esse aliquid enig
 matum (qz tenebrositas est poena peccati)
 ergo neqz fides qua videmus in enigmate
 ut dicit. 1. cor. 13 / 3. qz in primo illor
 statu non erat studium ab alio. ergo neqz
 fides. que ex auditu est ut dicit Rom. 10

Sed contra est qz in primo statu tantu
 mo qz angelus erant in statu accedendi ad
 deum. ergo habent fidem. iuxta Apolosum
 ad hebr. ii. accedentem ad deum. op. cred.
 Dicendum qz quidam putarunt non fuisse
 in homine aut angelis fidem in eorum prim
 condicione. propter manifestam cognitio
 qua de rebus divinis pollebant. sed post
 cum fidei succedat visus quam de prima
 veritate tunc rite Sabine rite asserendum
 est habuisse fidem. qz si dicamus eos in peccatis
 naturalibus fuisse creati discernimus conseque
 enter fide caruisse qz est cognitio super na
 turalis excedens tam hominis qz angeli natu
 ram. Sed notandum qz non qz Sabine rite fi
 dem tunc quin aliqua in illi primo statu
 manifeste rite rite. que nunc nos fide te
 nemus.

Ad. 1. R. Hugonem intelligendum esse
 firmiter ad ea que nunc nunc diximus. rite
 qz deus illis esset presens per lumen glorie
 Ad. 2. qz non erat tunc obscuritas culpa aut
 ppe

quod non ad
 mittim?

poem. sed Naturae quatenus omnis creatura
 tenebra et comparata immensitati divini
 luminis. et hae obscuritas sufficit ad fidei
 rationem / Ad . 3. q. tunc quamvis rursus
 sic audiret ab exteriori loquente. loqueba
 et tamen deo interiori et erat interwrauidus
 iuxta illud psalmi. audiam quid loquatur
 in me dominus deus.

Ar . 2. Vm in dmonibus sit fides?

Lib de pudes
 tm. sandry

Et videtur quod non quod credere ut ait Augustinus
 consistit in bona credentium voluntate, de
 minus vero bonam voluntatem delibera
 tam habere non possunt / 2. quod fides est do
 num divini gratiae ut dicit apostolus . 2. de mi
 nis autem dona gratuita amittuntur per
 peccatum. ~~et~~ ut dicit glossa in illud osee
 3. ipsi respiciunt ad deum alterius / 3. quod in
 fidelitas est gravissimum peccatum ut ait
 Augustinus . Ioan . 20. in illud si non uerissem
 etc. iam ergo cum in multis dmonibus sit pec
 catum infidelitatis. sequeretur quod in dmonibus
 essent graviora peccata, quod in dmonibus, quod
 videtur in contrarium.

Sed contra dicit Iacobus . 2. dmones credunt
 et contremunt.

Dicendum quod ea quae credunt neque in se ne
 que in suis principijs uidentur sed continentur in
 intellectu ea credere a prima ueritate reuelata
 et ex imperio et obedientia uoluntatis esse
 credere est actus meritorius. dmones autem
 credunt mysteria fidei sicut ea in scriptis
 non uidentur) ex euidencia signorum uisibili
 et rationalis sunt fideles credunt. ac proinde

de

deumnes credendo minime merent. Et per
se patet solutio ad Primum -

Ad 2. q. fides informis infidelibus in-
clinat ad credendum secundum aliquem
affectum boni. Sed deumnes coguntur ad cre-
dendum. ex perspicuitate naturalis intel-
lectus / Ad 3. q. si ipsum deumnes dis-
plicet q. fidei signa sunt tam evidenter ut
credere compellantur et ideo in nullum malitia
eorum minuit per hoc q. credunt.

Ad 3. Vm qui videt credit unum ar-
ticulum fidei possit habere fidem in-
formem de alijs articulis?

Et videt q. sic q. intellectus naturalis here-
tici non potest q. catholicis sed sicut credit quemcumq.

~~potest creditur tunc dicitur fidei. Ergo cumq.~~

ille / 2. q. potest quis per scientiam glo-
metrie scire aliquas conclusiones. ignorat
de alijs / 3. q. similiter potest aliquis es-
se obediens circa aliqua mandata. et non
circa alia mandata. ergo et discredendo u-
num aut plures articulos potest habere fi-
dem circa alios. " " " "

Sed contra est q. post unum peccatum invita-
le amittit charitas. ergo et per unum infi-
delitatis fides. " " " "

Dicendum q. unum species habitus dependeat
a ratione formali obiecti. quod infide est pri-
ma veritas revelata in sacra scriptura et
voluntate ecclesie. quicumq. pertinaciter des-
credit unum articulum ab ecclesia propositum
non inhereat doctrinae ecclesie tanq. infallibili

articulum fidei in
debet dori fidei ad
in unij. ergo et ille

aliquis
activitatis
v. g.

Summula D. Thomae

Secundum propriam voluntatem ~

Et a prima veritate procedente ac proinde de nullis articulis habet fidem sed Summam opinionem quamvis multis alijs assentiatur. quemadmodum qui sciret aliquam veritatem ignorat medium quod demonstrat non diceret eius scientiam habere.

Ad 1. R. q. non est simile ut ex dictis constat

Ad 2. q. in una scientia diversae conclusiones sciuntur per diversa media. sed in fide omnes articuli creduntur per unicum medium

divinae veritatis manifestata in doctrina ecclesiae / Ad 3. q. diversa precepta legis possunt referri ad diversa iustitia proxima et

secundum sine alio servari poterunt. vel ad unum iustitiam primam. quod est perfecte obedire deo. a quo decedit quicumque unum

preceptum transgreditur ac proinde Iacobus 2. dicit qui offendet in uno factus est omnium reus.

Ad 4. Vm. Fides possit esse maior in uno q. in alio. // ~

Et videtur quod non quod qui non credit omnia credenda fidem admittit. ergo est equalis in omnibus / 2. q. consistit in summa adhesionem ad primam veritatem. si in summa autem non recipit magis aut minus / 3. q. intellectus principiorum equaliter inveniunt in omnibus hominibus; ergo et fides que est de principijs cognitis gratis inveniunt equaliter in omnibus fidelibus / Sed contra est q. dominus dicit Petro Matt. 14. modice fidei / et Matt. 15. mulier magna

na

na est fides tua ergo potest esse maior
in uno q̄ in alio.

Dicendum q̄ fides potest considerari ex
parte subiecti et ex parte subiecti et ex p̄
te subiecti dupliciter scilicet ex parte sub
iecti formalis et ex hac rōd rēversificat
aut ex parte subiecti materialis sive cre
dibilitate. et sic maior est in uno q̄ in ali
o, quatenus plura et magis explicita
gr̄sunt. Secundo modo potest considera
ri fides ex parte subiecti. et sic rursus
dupliciter. nimirum aut ex parte in
tellectus et sic potest esse maior in uno
q̄ in alio propter maiorem certitudinē
et firmitatem aut ex parte voluntatis
et sic etiam maior aut minor reperitur
propter maiorem promptitudinem de
iustitiam vel confidentiam.

Ad. i. R̄ concessis antecedenti. q̄ ad huc
ex parte subiecti et ut dictum est maior
est fides in uno q̄ in alio / Ad. 2. q̄ qui
dam certius et deuotius q̄ alij fidei su
biciuntur / Ad. 3. q̄ magis capaces ma
gis etiam cognoscunt ueritatem principi
orum. preter q̄ q̄ cognitio principiorum
sequitur ipsam naturam q̄ qualiter in om
nibz existentem. fides autem consequitur
donum gratie. quod in q̄ qualiter participa

Quaestio. 6 De Causa fidei. in
Duos articulos diuisa

Art. i. Vm̄ fides sit homini a deo
infusa? F.

Summula D. Thomae,

Et videtur quod non dicitur enim August. 14
de tunc q. fides in verbis per scientiam
gignit. defendit et roborat, ^{sed} scientia
nobis per acquisitionem comparatur -
ergo / 2. q. ad credendum pervenerunt
Sunt uidentes et audiendo miracu-
la et doctrinam. ut habet Joan. 4. et Ro-
man. 10 / 3. q. consultat in Summis u-
luntate ut dicit August lib. de predi-
cacione saraboy ergo potest ab homine
acquiri.

Sed contra ephes. 2. fides non ex uerbis sed
donum dei est.

Dicendum quod ad explicitum credendum duo
concurrunt scilicet et quod credibilia propo-
nantur uel immediate a deo sicut Aposto-
lus et propheta. uel mediante predica-
tione aut ministro. ut dicit Rom. 10 / Secun-
dum quod requiritur ad fidem et assensus ip-
sius credentis. et huius duplex potest esse
causa scilicet exterior persuasio hominis
inducens, aut miraculum visum. et
deus interior mouens per gratiam. neque
enim initium fidei est ex uerbis et ex nos-
tro libero arbitrio uel mentis sunt Pela-
giani. solum consummationem fidei des-
tribuentis.

Ad. 1. R. q. procedit de exteriori persuadi-
te per scientiam. non de causa principalis fidei
Ad. 2. similiter / Ad. 3. q. oportet uolun-
tatem eleuari ad credendum que sunt su-
pernaturam / ~

Ar. 2. Vni fides informis sit donum dei?

et

Ac per consequens
ut cumq. fides co-
sideret est a deo
infusa ~ ~ ~

scilicet peccati

Fuerit q. non q. est quid imperfectum deij
 autem sic dicitur deuter 32. perfectasunt
 opera / 2. q. actus deformis q. careat de
 bita forma no est ad es. ergo neq. habitus
 fidei infirmis / 3. q. quem deus sanat per
 fecte et totum sanat ut colligit Ioan. 7
 ergo cum deus perfidem hominem sanat
 ab infidelitate sanat ex consequenti ab
 omnib. peccatis. sed hoc potestius non fit
 nisi perfidem formatam. ergo ipsa solum
 donum deij est /

Sed contra est quedam glossa. i. uinc. 13
 Dicendum q. infirmitas est privatio no
 que sit de ratione fidei sicut privatio
 debet inmensurati sumum est
 de ratione egitudinis, sed sicut tenebr
 sitas indiarpari. quemadmodum ergo
 cum quid dicitur causa alius intelligi
 esse causa eius quod ad speciem causa
 pertinet. sic illud quod dicitur causa fi
 dei infirmis est causa fidei simpliciter dic
 ta. et hoc est deus inderelinquit q. fides
 infirmis sit donum deij. " " "

quod ab aliquo causari potest si neq. q. can sic bene b. uisitate

Ad. 1. R. q. non est perfecta perfectiore vir
 tutis. sed ea que sufficit ad fidei rationem /
 Ad. 2. q. forma fidei infirmis est ~~illius~~
 sicut per privationem infirmam extrinsec. ac
 tus autem deformis per privationem fir
 mi intrinsec. in essentia ac proinde deus
 no est causa actus deformis, sicut causec illi
 in quantum alij est / uel dicendum q. de for
 mitas non solum importat privationem de
 bita

bita forme ^{et} sed dispositionem contrariam
sicut falsitas aduersat fidei. et uidemus
q. aliqui actus boni ex genere in peccatori
sunt a deo sicut manserunt charitate for
mati. Ad. 3. q. qui accipit a deo fidem si
ne charitate non sanatur simpliciter ab
infidelitate. sed secundum quid. quate
nus cessat ab infidelitatis actu. non e
nim remouet culpa precedentis infide
litate cum ei respondeat charitas. sicut et
aliquibus datur donum prophete uel ali
ud simile absq. charitate.

Quaestio 7. de effectibus fidei
in duos articulos diuisa.

Ar. 1. Vn. Timor sit effectus fidei?
Fides quoniam q. precedit illam iuxta il
lud eccl. 2. qui timetis deum credite il
li. 1. q. ut dicit glossa in illis. 1. causat
spem. ergo non causat timorem quia spei
contrariatur. 3. q. actus suberte peccem
ex obiecto. obiectum autem fidei est quod
dam bonum, timor autem malum. ergo
sunt contraria. ergo unum alterum non
potest causare.
Sed contra Iacob. 2. de timores credunt et
contremiscunt

Decendum q. motuum appetitiuum (qu
lis est timor) causa est aliqua apprehen
sio. per fidem autem sic in nobis apprehen
sio de quibusdam malis poenalibus. que se
cundum diuinam iustitiam inferuntur
et per hunc modum fides infirmus est causa

timoris servilis. formata autem est causa
timoris filialis. quia quis timet a deo se
parari. uel refugit ei comparari appetit
ipso tanquam summo et altissimo bono re-
uerentiter subiecti.

Ad. 1. R. q. timor universaliter non po-
test timorem precedere. immo ex cogni-
tione fidei. certitudinis nimirum dei
omne timor. unde ubi subdit. et non eva-
cuabitur merces vestra / Ad. 2. q. idem se-
cundum idem non potest esse contrarius
causa. sed bene secundum contraria. et
sic fides de poenis causat timorem. et de
premijs causat spem / Ad. 3. q. fides pro-
ponitur in obiectis materialibus quaedam
mala credenda. quamvis eius obiectum
formale sit bonum scilicet primaveritas.

Ar. 2. Impurificatio cordis sit
effectus fidei. ? ~

Unde arguitur quod purificatio cordis est in
affectu fides autem in intellectu / 2. quod si-
mul cum fide (scilicet infirmi) stat im-
puritas peccati / 3. quod maxime purifica-
ret intellectum. Sicut autem non puri-
ficat ab obscuritate ergo /
Sed contra dicit Petrus act. 15. fide purifi-
cans corda eorum.

Dicendum quod impuritas causat ex permix-
tione rei ad aliquod seipsa inferitas. sicut in
argenteo non ex immixtione cum auro sed
cum stanni aut plumbi. Et sic rationalis cre-
a

Summula. d. Thomae.

aliter impura reddi cum temporalibus
et corporalibus immisceat. et contra purifi-
cat cum ab his ad ea quae supra se sunt et
deum elevat. cuius principium est fides
liberans ab errore et si formata fuerit
perfectam purgationem causans.

Ad. 1. R. q. quae sunt intellectu sunt prin-
cipia eorum quae sunt in affectu. Ad. 2.
patet q. fides informis etiam quamdam
puritatem causat. impuritatem exclu-
dendo erroris. Ad. 3. q. obscuritas illa
est impuritas culpa. sed defectus natura-
lis intellectus secundum statum presen-
tis vitae.

Questio 3. De dono intelec-
tus et scientia. in octo ar-
ticulos divisa.

Ar. 1. Vm intellectus sit donum
spiritus sancti?

Et videtur quod non quia intellectus est habitus na-
turalis quod cognoscitur principia natura-
liter sicut dicitur in 6 ethicis. Et quod dona
divina participant ab omnibus. et diffundi-
ter ad suam naturam. ut scilicet non sim-
pliciter. sed per discursum et rationem ve-
ritatem cognoscant. ut ait dominus. cap. 7 de
div. nom. ergo magis debet dici donum ra-
tionis quam intellectus. 3. quod voluntas dividit
et contra intellectum in potentis animae,
sed nullum donum dicitur voluntas. ergo nul-
lum

lum etiam debet dici intellectus. / Sed con-
tradicitur. Isai. 55. requiescet super eum spi-
ritus intellectus.

Dicendum q. intelligere dicit cognitionem
interiorum rei usq. ad eius essentiam perti-
nentem. unde intelligere est quasi iterum
legere (quod sensibus non convenit cum
ea que exterioris apparent tantum disper-
cipiant) Latere autem naturarum et
substantiarum sub accidentibus, ^{vel} significatio in
verbis. Res figurata inferioris. et effectus
in causis. et quoniam supernaturalia
Sunt viribus nature penetrare non potest
nec intelligere. ideo ad ea dignoscenda ad-
datur donum intellectus qui est lumen quoddam
supernaturale.

Ad. 1. R. q. ad alia non sufficit intel-
lectus principum naturalium / Ad. 2.
q. discursus rationis incipit ab intellectu
et terminat ad intellectum perfectius in-
telligendo. donum vero gratie non proce-
dit ex lumine nature sed super addit ei quod
si non potest ea ad que datur intelligere / Ad
3. q. intellectus dicit excellentiam penetra-
di ad intima. voluntas vero simpliciter ter-
minat appetitum motum. Unde non est
similis fatis.

Ad. 2. Vm donum intellectus possit
simul esse cum fide?

Unde quis q. quod intelligit ut ait Aug
lib. 33. qq. cognitione finit et comprehendit
non sic autem quod credit ut dicit Philipp. 3 /

Summula. d. Thomae

intellctu

2. qz omne quod intelligit videt natu-
raliter. sed fides est de re apparentibus et
qz / 3. qz scientia et fides non possunt esse
se de eodem. ergo multo minus intellectus
et fides. cum intellectu sic certum qz scien-
tia / Sed contra est Gregorius in libro
rationalium. et lucqz ultimus ubi dominus age-
ruit discipulis sensum ut intelligerent
scripturas.

Deinde qz quaedam sunt de fide directe
et perse ut deum esse eternum et unum /
fuisse incarnatum filium dei. et aliaqz
nisi ordinata ad ista ut ^{illa} quae in divinis se-
riptura continentur. et Rursus ex parte in-
tellectus distinguendum est quaedam enim

durante statu fidei

Licet intelligamus qz propter
ea. quae exterius
apparent ^{scilicet} est
a fide recedendum

perfecte cognoscimus alia non item. tam-
en quae sunt fidei primo modo non possunt
naturaliter perfecte cognosci. ^{et} aliqua ^{tamquam}
quae sunt fidei secundo modo perfecte cognoscimus.

Et per hoc patet Responsus ad obiectores
et enim tres primo procedunt secundum
qz aliquid perfecte intelligit. Ultima autem
procedit de intellectu eorum quae ordinantur
ad fidem.

Ar. 3. Vm. Donum intellectus sit spe-
culativum tm an etiam practicum?
Et videt qz speculativum solum. qz altius
penetret ac dicit Gregorius in s. moralium
ea autem quae pertinent ad intellectum
practicum non sunt alta / 2. qz est dignitas
qz intellectus. quae est virtus intellectualis.

scientia

sed

sed circa
contingē
tia. et sin
gularia

sed hoc est circa necessaria. ut dicit in 6
et sic. Sed intellectus practicus non est cir
ca necessaria ergo / 3. q. donum intel
lectus illustrat mentem ad ea que na
turalem rationem excedunt. qualiter
sunt operabilia Sumana circa que est
practicus intellectus.

Sed contra dicit in psalmo intellectus bo
nus omnibus facientibus eum.

Dicendum q. donum intellectus non solum
se habet ad ea que directe sunt fidei. sed
ad ea etiam que ad fidem ordinant. im
mo q. fides per dilectionem operat exten
dit etiam se ad que dam operabilia in qua
tum in agendis regulamur rationibus q.
ternis. ut ait August. 12. detinuit.

Ad. 1. R. q. operabilia Sumana habent
excellentiā altitudinem non in se. sed ut
referunt ad regulam legis q. terre / Ad. 2
q. in hoc etiam consistit excellentia Sumana
domi. q. intelligibilia q. eterna et necessaria
considerat etiam ut sunt regula Sumana
cum alium ad multa se extendens / Ad
3. q. regula Sumana in actu est et
ratio. et lex q. eterna que excedit naturale
rationem. et ideo indiget supernaturali do
no spiritus sancti.

Ar. 4. Vm donum intellectus
inest omnibus Sabentibus gratiam?
Fuit et q. non. q. dicit Gregor. in. 1. mo
ral. q. dicit contra sebetudinem mentis. qua
multi ad huc in gratia existentes Sabent

2.

Summula. d. Thomae

^
in gratia existi-
tentes

2. q. q. inter ea quae ad cognitionem perti-
nent sola fides videtur necessaria ad salutem
ut innuit ap. 1. 3. sed non omnes habent
et fidem habent donum intellectus ut innu-
it Aug. lib. de trinitate / 3. q. ut dicit Gre-
gorius in 2. moral. qui sublimia contem-
plari quando q. circa imma. sebetudine
patiuntur. sed donum intellectus in omnibus
habentibus gratiam inuenitur talem hebe-
tudinem excluderet. ergo neq. se ab habi-
te gratiam subtraheret. expellit.

Sed contra est q. nullus habens gratiam
ambulat in tenebris. ut dicit Ioan. 8.
Dicendum q. sicut per donum caritatis
deus ordinat in libertatem hominis ut re-
te moueat in bonum supernaturale. ita
et per donum intellectus illustrat mentem
ut cognoscat veritatem in quam oportet
ut tendat recta voluntas.

^
omnium habentium gratiam
supernaturalem

Ad. 1. R. q. habentes gratiam non patiuntur
sebetudinem mentis circa necessaria
ad salutem de quibus omnibus edocet eos
uultu spiritus sancti. ut dicit. 1. Ioan. 2.
Ad. 2. q. licet non omnes habent et fidem
intelligant credenda. intelligunt tamen
esse credenda. neq. ab eis deiciendum / Ad
3. q. habentibus gratiam non subtrahitur
donum intellectus circa necessaria ad sa-
lutem. sed circa aliqua non necessaria ut
materia superbia subtrahatur eis.

Ad. 5. Vm donum intellectus inueni-
atur etiam in hominibus non habentibus
gratiam gratum facientem?

Fundet q. sic q. Augustinus in illud psal
 mi concipit anima, in des. iust. tuas
 dicit q. preualet intellectu et sequit car
 dy et infirmus affectus. quod esse non po
 test nisi in non habentibus gratiam (2
 q. daniel. 3. dicit q. intelligentia est ne
 cessaria in visione prophetica. et tamen
 prophetia inuenit etiam in non habenti
 bus gratiam. ut constat matt. 7. 1) 3. q.
 donum intellectu respondet donum fidei iux
 ta illud uer. 7 (secundum aliam litteram)
 nisi credideritis non intellegatis. sed fides
 potest esse sine gratia gratum faciente. ergo
 Sed contra est Iohannis. 6. omnis qui audi
 uit et didicit a patre uenit ad me. ut po
 derat Gregorius in. 1. moralium.

Dicendum q. intellectuale lumen gratie
 dat ad hoc ut intellectus hominis recte mo
 ueat a spiritalibus. Suiusmodi autem mo
 tus in eo consistit q. homo apprehendat ueri
 tatem circa finem rectam estimationem
 habens non solum de preambulis ad ipsum
 sed et de ipso firmiter adhaerens ei tanq. op
 timo. ac per consequens donum intellectus
 non reperit nisi in habente gratiam gratum
 facientem.

Ad. 1. R. q. Augustinus loquitur de quacunque
 intellectu illustratione. que ad donum in
 tellectus non pertinet / Ad. 2. q. ulla intelli
 gentia est illustrata que sufficit ad intellige
 da reuelata. non circa ipsum finem ultimum
 ut dictum est / Ad 3. q. fides importat solum
 as -

Summula .D. Thomæ

assensum ad ea que proponuntur) - ~

Art. 6. Vm donum intellectus dis-
tinguat ab alijs donis?

Et videtur quod non quia stultitia, hebetudo, precipitatio et ignorantia, ut dicit gregorius in 2. moral. opponuntur sapientie, intellectui, consilio et scientie, et tamen sunt idem ut videtur ergo et dona opposita non distinguuntur inter se | 2. quia ad principia naturalia sufficit habitus intellectus naturalis, ad supernaturalia sufficit fides, ergo donum intellectus non distinguatur ab alijs habitibus ^{donis} intellectualibus | 3. quia non est cognitio speculativa nec practica, sed utramque complectens, ergo non distinguatur ab alijs donis intellectualibus, sed ea in se continet Sed contra est quod, 1. cor. 12. enumerat alijs donis, et ponit in numero cum eis ~

Doni -

Dicendum quod distinctio intellectus a pietate, fortitudine et timore manifesta est quia nam illa pertinent ad partem appetitivam Et omnia primum differentia quam supra assignavimus inter donum intellectus, sapientie, consilij et scientie, que omnia ad partem intellectivam spectant ~ tenendum est, quod circa ea que deside proponuntur credenda duo requiruntur ex parte nostra, primum quidem ut intellectu penetrent vel capiant, et hoc pertinet ad donum intellectus. Secundo ut de eis homo habeat iudicium rectum, taliter quod scilicet sit esse insequendum et ab oppositis recedendum, et hoc iudicium
quan

quantum ad res divinas, pertinet ad donum
sipientie. quantum ad creatas ad donum
suentie. quantum vero ad applicationem
ad singularia opera pertinet ad donum
consilij.

Ad 1. R. q. illa quattuor que quattuor do-
nis intellectualibus opponuntur inter se etiam
distinguntur ut facile patebit consideranti
ea que singulis quattuor donis competere
intenc explicavimus. / Ad. 2. q. ad fidei
pertinet primis principis cognitio gratia
te assentire ad intellectum vero, illa pene-
trare, que dicuntur / Ad. 3. q. intellectus donum
pertinet ad utramque cognitionem scilicet prat-
ticam, et speculativam, non quantum ad
videntiam, sed quantum ad apprehensionem
ut capiant ea, que dicuntur. "

Ar. 7. Vm dono intellectus responde-
at 6. beatitudo scilicet beati.
mundo corde

Et videtur q. munditia cordis maxime perti-
net ad affectum, et non ad vim intellectualem /
2. q. ad 1. 15 fide dicuntur purificari et
ex consequenti mundari corda / 3. dona
perficiuntur in hac vita, visus autem
intellectus non habet nisi in gloria /
Sed contra est August. in lib. de sermone de
muni in morte.

Dicendum q. in sexta beatitudine sicut et in
alijs aliquid continetur per modum meriti sui
sicut munditia cordis, et aliquid per modum
premiij sicut ipsa deivisio. Et autem duplex
mun

~ Summula . D . Thomae

munditia altera praambula et dispositiva
tua. quae est de peccatis affectus ab inordi-
natis affectibus, quam faciunt virtutes
in presentia. Altera est munditia qua
suo impletiva respectu diuinae visionis, et
~~hanc~~ per remotionem aphantasmatis
et heresibus prauitatibus, quam facit donum
intellectus. Similiter duplex est dei visio
scilicet imperfecta in uia quam uidemus
quod deus non est. et haec pertinet ad donum
intellectus inchoatum, et perfecta in pa-
trua, quae pertinet ad donum intellectus co-
summatum, quae uidemus quod deus est -
et per haec patet solutio ad argumenta
Ar. 3. Vm in Fructibus fides res
pondeat dono intellectus.
et uidet^{non} q. q. intellectus est fructus fidei
iuxta illud Isai. 7. nisi credideritis non
permanebitis uel non intelligetis / 2.
q. fides est prius scilicet tanquam fundame-
tum totius spiritualis edificij / 3. q. inter
fructus, unus tantum scilicet fides proprie
pertinet ad appetitum intellectum. ~~ergo~~
quare ergo magis pertinebit ad donum
intellectus. q. sapientiae, scientiae, aut consi-
lij / Sed contra est q. intellectus principaliter
uidet ordinari ad certitudinem fidei quae
proprie fructus, ut dicit glossa. ad galat. 5.
Dicendum q. cum ultimum delectabile quod
conuenit fructui, habeat rationem finis qui
est proprium obiectum uoluntatis, donum uel
virtutis perficientis aliquam potentiam abig-
nan

mandus est duplex fructus unus pertinet
ad suam potentiam; alter quasi ultimus
pertinet ad voluntatem. et secundum
hoc, dono intellectus respondet pro proprio
fructu fides. id est fidei certitudo. sed pro ul-
timo fructu respondet ei gaudium, quod
pertinet ad voluntatem.

Ad. 1. R. q. intellectus est fructus fidei quia
est virtus sed non certitudinis fidei. Ad
2. q. credenda aliquantulum sunt prius intelli-
genda. sed perfectus intellectus consequitur fi-
dem quae est virtus. et ad intellectus perfectum
nem sequitur fidei certitudo quaedam. Ad. 3.
q. licet cognitio practica ordinat ad aliud
non habeat fructum in se ipsa. habet tamen
illum cognitio speculativa scilicet certitu-
dinem eorum, quorum est. et ideo dono con-
silio q. est practicum nullus proprius fructus
respondet. sapientia autem scientia et intel-
lectus unus tantum respondet scilicet fides
sive fidei certitudo. plures autem fructus per-
tinent in parte appetitiva ad quam magis per-
tinet ratio finis.

Quaestio. 9. De Dono scientiae,
in 4. articulos divisa.

Ar. 1. Vm scientia sit Donum?
Et videtur quod non quia est effectus naturalis ra-
tionis seu syllogismi demonstrativi ut di-
cit Philo. 2. in. 1. poster. / 2. q. dona
sunt communia omnibus sanctis. at ratio sci-
entia, quae non pollent plurimi fideles ut
dicit

Evidet q. sec. q. Aug. 13. ^{dicit} de trinit. q. per //
 scientiam fides gignit nutrit. et laborat //
 2. q. donum scientie dignius est q. scie-
 tia acquisita metaphysicis, que versat
 circa res divinas. ergo // 3. q. invisibilia
 dei (ut dicit Rom. 1.) per ea que facta
 sunt intellecta conspiciuntur.

Sed contra est August. 14. de trinitate //
 Dicendum q. certum iudicium rei datur
 maxime ex sua causa. ac proinde secun-
 dum ordinem causarum oportet esse ordi-
 nem iudicium. non enim autem scientie
 importat certitudinem iudicij ut dictum
 est. si certitudo iudicij fit per altissimam
 causam illius generis dicitur sapientiam
 illi genere. simpliciter autem dicitur sa-
 pientia sine sapientis qui vivit altissimam
 causam simpliciter, deum scilicet. et idem
 cognitio divinarum rerum ut sapientia
 humanarum vero sine creaturæ cognitio
 scientia vocatur communis nomine (ut in
 speciebus aliquid generis contingit) sibi
 referens.

Ad. 1. R. q. licet fides sit de rebus divinis //
 est tamen quod creatum. ac proinde se regit
 credendum sit ad scientiam pertinet, siue
 autem credenda per unionem quamdam ad
 ipsa pertinet ad donum scientie que magis
 respondet caritati que vivit mentem domi-
 nus des // Ad. 2. q. scientia ponit speciale do-
 num prout restringit ad iudicium quod fit per
 res creatas // Ad. 3. q. medium per quod res cog-
 nitus

Summula. D. Thomae -

in seum habet se ut formale cognitionis ut
se uero res cognitae ut materiale. Unde
ad scientiam pertinet cognoscere res diui-
nas per creatas. et ad sapientiam uero
iudicare de creatis per diuinas. ut inu-
itur in. 2. physioy.

Ar. 3. Vm scientia donum sit scie-
tia practica? ~

Fundat q. sic q. dicit August. in. 13. de
trinit. q. dicitur quae rebus exterioribus uni-
mox scientia deputat / 2. q. Gregorius in
1. moral. dicit q. scientia dirigit pietatem
ergo. agit et est practica / 3. q. scientia do-
num est solum in iustis. speculatiue autē
est etiam in peccatoribz. ut dicit Iacobus.
ult. scienti bonum et non scienti pecca-
tum est ei

Sed contra uidet Gregorius. 1. moral. dicens
q. ignorantiam excludit. ignorantia uero
non excludit nisi a scientia practica et spe-
culatiua.

totaliter

Dicendum q. donum scientie ordinat ad cer-
titudinem fidei (sicut et donum intellectus)
ac proinde sicut fides principaliter in spe-
culatiue consistit. et secundario ad opera-
tiones dirigit. q. prima ueritas est etiam
ultimus finis.

Ad. 1. R. q. August loquitur de scientia quā-
tum ad id quod illi secundario conuenit / Ad
2. Similiter / Ad. 3. q. donum scientie competit
relectum iudicium de credendis et agendis ita ut
in nullis demerit a Rectitudine iustitie. et hec
est

2. 2. 2. 9

est scientia sanctorum de qua sapientia. 10
dicit iustum deduxit. d. per vias rectas et
usque scientiam sanctorum

Ar. 4. vni dono scientia Respon
deat tertia beatitudo.

scilicet beati qui iugiter est

Et uidee q. 10. q. si uicium malum est causa
suis. sic bonum legitur. sed per scientiam
manifestantur bona. ergo / 2. q. conside
ratio ueritatis affert secum gaudium. ut
dicit sapientia. 3. q. 3. q. magis est specula
tina q. practica. speculatiua autem non
respondet sibi aliquid immitabile. aut
fugendum ut dicit in. 3. de anima. ergo
dono scientie non respondet tertia beatitu
do

Scientia

Sed contra est Augustinus lib. de sermone
domini in monte.

Dicendum q. rectum iudicium de creatu
ris (que ut dicit sapientia. 14. fallunt
in musculam pedibus insipientium)
pertinet ad donum scientie. ne in ipsius
tate nostra consideratur sed per ipsas ad de
um tendat. ac proinde tertia beatitudo suc
tus correspondet dono scientie

Ad. i. Arg. bona creata non excitant spiritu
ale gaudium nisi prout referunt ad diuina
et idem in tertia beatitudine ponit primo suc
tus pro merito. et consolatio deinde pro premio
Intellectus autem spiritualis pax et gaudium respo
ndet

Summula. D. Bone
det donis sapientie. / Ad. 2. q. potest esse
gaudium in ipsa consideratione veritatis
cum tristitia de re circa quam et verita-
tis consideratur; Ad. 3. q. scientie proprie
speculativa est non correspondet delecta-
tudo. Sic enim consistit in contemplatio-
ne dei. quamvis aliquando beatitudo in
chastitate in hac vita consistat in debito cre-
aturarum usu.

1. Questio. 10 De infidelitate
in communi. in. 12 art. 1. Divisa
Ar. 1. Vm infidelitas sit peccatum?

Et videtur quod non. quia omne peccatum est con-
tra naturam ut dicit Damasc. in 2. lib.

Sabere autem fidem et gratie ut dicit Au-
gustinus. lib. de predest. sanctorum. / Quod
quod nullus peccat in eo quod vitare non potest
est. sed infidelitas non potest vitari sine
predicatione et propositione quod non est in
potestate hominis. ergo / 3. quod sub nullo pecca-
to capitalium videtur infidelitas contineri.
" " " " "

Sed contra est quod contrariatur virtuti fidei
Dilectum quod infidelitas sumit dupliciter
scilicet negative pro eo quod est non habere
fidem. Et sic non est peccatum. sed ignorantia
quedam que est poena peccati primi parentis
consecuta; et qui sic sunt infideles damnantur
propter alia peccata. que sine fide remitti non
possunt. Secundo sumit infidelitas contra
re

circumscripta
tas.

ut dicit Rom
10 /

prore
in eis qui de
fide nihil au-
diunt.

ut in unum lo-
cum. 15. se-
cundum Augus-
tinum /

re ad fidem cum quis contemnit fidem -
 aut & repugnat. iuxta illud isai 53. qui
 credit auditui nostris! et sic est peccatum.
 Ad. 1. R. q. in natura humana est ut non
 repugnet interiori instinctui. et exteriori
 predicatiori veritatis. et sic infidelitas est
 contra naturam! Ad. 2. q. procedit de fide
 litate negative sumpta! Ad. 3. q. non cre
 dere provenit ex superbia. ut in simili in
 nuat Gregor. in 31. moral. vel R. q. sic ut
 virtutes theologice sunt proxime morales
 et ad eas non reducuntur. sic nec vitia eis op
 posita reducuntur ad septem capitalia.

^
 sicut non sunt
 fides

^
 virtutibus theo
 logicis.

Ad. 2. Vm infidelitas sit in intel
 lectu tanqz in subiecto?

Fundat q. non q. Augustinus dicit in lib
 de duobz animabz q. omne peccatum est
 in voluntate | 2. q. ex eo est peccatum
 q. fides contemnit. sed contemptus est in
 voluntate. ergo | 3. q. glossa. 2. viint. 11
 dicit q. cum quis credit angelo malo et sa
 charie trahit figurate in angelum lucis. no
 errat perniciose ob similitudinem voluntatis.
 ergo extaratur peccati infidelitatis iudicium
 sustere in peruersa voluntate.

^
 infideli
 tas

^
 bona sua
 venti

Sed contra est q. contraria sunt in eodem sub.
 iecto Sed fides est intellectu. ergo et infidelitas
 Dicendum dicit esse in aliqua potentia vel in
 in eliciente actum peccati. vel ut in imperan
 te. dissentire ergo qui est actus infidelitatis (si
 ut assentire fides) est in intellectu tanqz in
 pro

^
 q. pecca
 tum -

Summula . D. Thomae

proximo eliciente, sed in voluntate tan-
q̄ in proximo eliciente, q̄ ipsa imperat omnes
actus peccatorum. Unde est q̄ omne pecca-
tum est voluntarium.

Ad. 1. Rex dicitur / Ad. 2. q̄ contemptus
voluntatis causat infidelitatem, sed ipsa
infidelitas est in intellectu. / Ad. 3. q̄ cre-
dens malum angelum esse bonum non re-
cedit ab eo quod est fides, q̄ sensus corporis
fallit, secus si adhereret sabbane ad malum
suadenti.

Ar. 3. Vm̄ infidelitas sit maxi-
mum peccatorum?

Unde et q̄ nota. q̄ Augustinus ut Sabec
6. q. 1. non audit preferre catholicum pesti-
mis imbutum moribus, si rectus exceptat
velli bene morigerato / 2. q̄ infidelitas ex-
cusat potius et diminuit peccatum, ut de
se testatur Apostolus 1. ad Timot. 1. miseri-
cordiam consec. s. q̄ ignor. f. in increduli-
tate mea / 3. q̄ maior poena debet fide-
li- bus peccantibus q̄ infidelibus ut constat ad he-
br. 10. detentura merent supplicia etc.

Augustinus
explicans illud

Sed contra est Joannis. 15. Si non uerissem
et lo. eius fuissem peccat. n. Saberent etc.
Dicendum q̄ cum per infidelitatem magis
dum ad eo elongat (iniquo consilio formaliter
ratus et gravitas peccati) neq̄ enim quis fal-
sam de ipso opinionem habet quantum ad quod
id ipsum cognoscit cum id quod opinatur non
sit deo) sequitur q̄ infidelitas sit gravis
morbis

in multis peccatis que consistunt in peruersitate mensuram. Secus enim est de alijs peccatis, que opponuntur alijs virtutibus, theologicis, ut infra dicitur.

Ad. 1. Q. q. peccatum ex suo genere grauius, potest ex aliqua circumstantia minui et quod est leuius aggravari. et propterea Augustinus voluit precipitare sententiam.

Ad. 2. q. infidelitas adiuncta ignorantie habet aliquam excusationem, ne ita grauis iudicetur dissensus / Ad. 3. q. infidelitatis peccatum grauius punietur in infidelibus quam in alijs aliud peccatum fidelis consideratur peccati genere. Sed alia peccata ceteris paribus grauiora sunt in infidelibus. N. g. adulterium quod in infidelibus. ob maiorem cognitorem veritatis quam habent et irreuerentiam ad sacramenta quibus sunt imbuti.

^
fideles

Ad. 4. Vm̄ omnis actus infidelis sit peccatum.

Et videtur quod sic iuxta glossam. Rom. 14 omne quod non est ex fide peccatum est / 2. quod fides intentionem dirigit, ergo sine fide recte agere non potest / 3. quod corrupto prout subiecto fide ceteras omnes actiones corrumpi necesse est /

Sed contra dicitur quod eleemosine Cornelij ad hunc infidelis ex parte dei accepta.

Dicendum quod infideles possunt bona opera facere ad que sufficit bonum naturae quod non

Summula. d. Thome

corruptio ~~totaliter~~ per peccatum. sed
non possunt operari meritorie quia bonum
gratie totaliter eis est ablatum. omnis
ergo eorum actus ex infidelitate procedens
erit peccatum. alii non semper erunt
peccata. sicut nec in fidelibus

Ad. 1. R. ^{uel} q. vita infidelium sine pecca-
to esse non potest. cum peccata sine fide non
tollantur. uel quia quae aguntur ex infidelita-
te peccata sunt, ut ibidem etiam innuitur

Ad. 2. q. anima naturale lumen potest di-
rigere intentionem ad aliquod bonum natura-
le bonum. Ad. 3. q. per infidelitatem non
totaliter corrumpitur ratio naturalis. Cor-
nelius autem habebat fidem implicitam
alias eius opera non essent accepta deo
et ideo ad eum plenius instruendum mitti-
tur Petrus.

Ad 5. Vm sunt plures infidelitatis
species?

Indec q. non quia fides una est ex suo obiec-
to firmata. Sicut materialia credita sunt in-
ta. ergo similiter infidelitas ex prima ueri-
tate una erit specie. Sicut sunt diuersa quae
infideles discredunt. 2. quia sunt plures
pro ratione erunt infinitae. quia infinitus mo-
dus potest quis a ueritate deuiare. 3. quidem
infidelis est. ex eo quod errat circa diuersa. idem
autem in diuersis speciebus per inuenitur. et
ergo non sunt diuersae infidelitatis species. ~ 11.
Sed contra est quia in uirtuti opponuntur plures
spe

^
omnis et uni-
cuique.

Species virtutum. qz bonum contingit uno modo, malum autem multipliciter ut dicit Dionus. 4. de div. nom. et Philosophus in 2. et sic.

Dicendum qz virtus consistit in conformitate ad aliquam regulam cognitionis vel operationis humanę. attingere autem eius modi regulam contingit uno modo et ab ea deviare multipliciter. Virtus ergo sine eis transiendam sine contra aliam virtutem pot sunt considerari vel secundum habitudinem ad ipsam virtutem et sic sunt determinatę virtutę species. ut puta secundum excessum et defectum ab ea. vel possunt considerari secundum habitudinem ad ea que virtutem circumstant et sic multiplicentur in infinitum. ut Pythagorę et Augustinus ponderat lib. de heresibus. Species ergo infidelitatis per habitudinem ad ipsam fidem determinatę sunt. qz aut fit reverentia fidei mundum susceptę et sic est Paganismus, aut susceptę infidelitatis et non in re et sic est Iudaismus, aut susceptę in re et sic est heresis. — " " " " "

Ad 1. R. qz formalis ratio peccati potest sumi vel secundum intentionem peccantis et sic dat formaliter speciem. vel secundum rationem mali sive recessus ab omni et sic illud bonum a quo recedit est formale obiectum peccati sed ex hac parte peccatum non habet speciem. immo est privatio speciei. Sic ergo dicendum qz infidelitatis obiectum est veritas prima sicut a qua recedit. sed formale eius obiectum. sicut ad quod committitur est sententia

et ad eam pertinent.

dixerunt

sive generalitas

Summula . D . Thesis
tra falsa quam sequit̄. et ex hac parcedi
uersificatiue eius species / Ad . 2 . patet ex
dictis / Ad . 3 . q̄ infidelitas etiam quodam
modo est una in ordine ad unum. neq̄ est
impossibile eundem Siminem in diuersis
speciebus infidelitatis errare. sicut et di
uersis peccatis. sive diuersis corporalibus
morbis subiacere .

Ar . 6 . Vn̄ infidelitas gentilium
seu paganorum sit ceteris grauior.
Et uidet̄ q̄ sic q̄ magis recedunt ab unita
te fidei multitudinem deorum credentes.
2 . q̄ in plurib; et grauioribus a fide re
cedunt. q̄ heretici. et Iudqi. ergo sicut
et Arius peius errauit q̄ Nestorius qui su
manitatem ita etq̄ / 3 . q̄ Iudqi saltem
uetus testamentum admittunt. et here
tici nouum ac Paganorum utrumq̄ negant.
Sed contra est quod dicit . 2 . Petri . 2 . q̄ peius
est post cognitam ueritatem retrorsum
uertere

qui diuinitatem
a Persona filij dei
negauit

Dupliciter
nimirum

Dicendum q̄ infidelitas potest com
parari ut dictum est. uel ad fidem. uel ad
ea que ad fidem pertinent et ipsam imitati
tr̄. et primo modo grauior est infideli
tas hereticorum q̄ Iudq̄. et Iudq̄. q̄
gentilium q̄ peius est reniti suscepta
fidei. q̄ non admittere eam. Secundo ue
ro modo peior et grauior est infidelitas Pa
ganorum sive gentilium. q̄ Iudq̄. et
Iudq̄. q̄ hereticorum (exceptis manj
chis

chris, qui etiam circa credibilia magis erant q̄ gentiles) quoniam autem gravitas infidelitatis principaliter ex remittentia sumitur, simpliciter tenendum est q̄ infidelitas hereticorum est pessima

per hęc patet responsio ad obiecta.

Ar. 7. Vm sit cum infidelibus publice disputandum?

Et videtur q̄ non q̄ 2. ad Timot. 2. dicit noli verbis contendere. ad nihil enim uti legit nisi ad subversionem audientium / 2. q̄ lex martiani Augusti per canonem confirmata ^{concludit} ~~determinat~~ q̄ fit iniuria determinationi synodi. ^{quoniam} siquis ea dysposuit ^{sunt} revellere, aut publice disputare contendit / 3. q̄ argumentum est ratio rei dubie fauens fidem. ea uero que sunt fidei nec sunt dubia, nec rationibus probanda /

Sed contra faciebat Paulus act. 15. disputans cum gentibus. et confundens iudeos. Dicendum q̄ in disputatione fidei dyspos sunt considerari. unum ex parte disputantis et alterum ex parte audientium et ex parte disputantium si fiat dubitandum et ueluti experimentum procurando. est malum. dubietas scilicet et infidelitas / est autem laudabile si fiat exercitij causa aut ad confundendos errores. Ex parte uero audientium erit laudabile in casu quo sint expositi periculo deceptionis ^{et ne} ab infide

Liby pervertant, aut si ab illis ad contra-
ria fidei sint inducti. et tunc si disputantes
sint sapientes. et ad erreses confutandos
idonei. quod prosequitur Gregorius. in. 2
pastoral.

^
Alias tunc ne sim-
plices qui nihil
contrarium fidei
acciderunt scan-
dalizent.

Ad. i. R. q. Apostolus prohibet invidia-
tam. et invidiam contentionem / Ad. 2
q. ubi prohibet disputatio dubia de fide. nisi
illa que fidem confirmat / Ad. 3. q. quomodo
deus defendendo fidem. ut dicit. 1. Petri.
3. quandoque errantes convincendo ut di-
cit ad Titum. 1. convincens est de rebus
fidei disputare

Ar. 8. Vm infideles compellendi
sunt ad fidem?

Et videtur quod non quod matth. 14 non eradi-
cane zizania ut dicit Chrysostomus. in
signum. q. neque heretici sunt occidendi
ne scandalizent sancti / 2. quod in decretis
45. dicitur. precipit a sancta synodo ne
iudges ad fidem compellantur. ergo neque a
lij infideles sunt compellendi / 3. quod se-
cundum Augustinum cetera potest fieri
volens. credere autem non nisi volens. sed
voluntas nec potest. nec debet cogi. ergo
4. quod ezechiel. 18. dicit dominus volens.
mortem peccatoris. ergo nec nos debemus
aut possumus velle. q. infideles occidant
Sed contra est q. Luc. 14 convinci scilicet
ad fidem compellunt in domum dei intra-
re

^
vocati

re. Dicendum q. infideles quicunque
fidem susceperunt ut puta gentiles et
iudei non sunt ad fidem compellendi, sed
cohibendi etiam bello et occisione cum
fidem blasphemant publice, impediunt
aut dissuadent. infideles uero qui fide
repperunt quales sunt heretici et A-
postatę sunt etiam corporaliter compel-
lendi ut teneant quod promiserunt -

quando
13 -

Ad. 1. Rr q. locus intelligi debet sic q. here-
tici non solum sunt excommunicandi ut
Chrysostomus docet admittit. sed et occiden-
di ut Augustinus ad Vincentium. et in
epistola Parmeniam dicit. quando non
timeat eradicationem tristici. id est fidelium, ut
textus euangelicus subdit ibi / Ad. 2. q.
si Iudei fidem repperunt sunt ad eam
quod est ~~rationem~~ ^{secundum rationem} intellectus in
quo est prudentia, et appetitus, in quo est mo-
ralis virtus

Ad. 1. Per q. illa definitio est de sola mora
li virtute in qua convenienter ponit vir-
tus intellectualis (cum uncat in mater-
ia corrupta). scilicet prudentia / Ad. 2. q.
tantum probat q. prudentia omnes virtutes
adiuvet, sicut sol influat in omnia corpo-
ra / Ad. 3. q. agibilia sunt materia pru-
dentis secundum rationem utriusq. virtutis
autem moralium sub ratione boni

Ar. 6. Vm Prudentia prestat
finem virtutibus moralibus?

Et videtur q. sic q. est in ratione, que prestat
finem in appetitu in qua sunt virtutes
moralis / 1. q. sicut irrationalis creatu-
ra ordinantur ad finem tanq. ad finem, ut
dicitur in 2. potest. ita omnia que sunt in ho-
mine ad rationem, que est in ipso / 3. q.
dysponit de alijs virtutibus, et precipit eis /
Sed contra est Philosophus in 6. ethic.
Dicendum q. sicut in ratione speculativa
sunt quedam principia communia ex quibus
deducuntur conclusiones, quarum est scientia:
sic in ratione practica sunt fines moralium
virtutum que sunt velut principia rationa-
liter nota, et quedam sunt ad finem in que
peruenimus ex ipsis finibus, et hoc est
prudentia applicans universalia principia
ad particulares conclusiones operabilium
et proinde ad prudentiam non pertinet pre-
stare finem virtutibus moralibus, sed dyspo-
nere de his, que sunt ad finem.

Summula d. Thomae

Ad. 1. R. q. ratio naturalis sive synderesis
sive. et prudentia illum finem praeiudicat
et per hoc R. ad. 2. / Ad. 3. q. prudentia
insuet virtutes ad suos fines, et ipsa moue
e a synderesi, sicut intellectus principum
Scientia.

Ar. 7. Vm ad Prudentiam pertine
t, at inuenire medium virtutibus morali
bus. / Et uidee q. non quoniam medium
est finis virtutum moralium, quem eis pruden
tia non praeiudicat / 2. q. hoc conuenit perse et
persuadere uirtutibus moralibus, ut ex definitio
ne supra constat / 3. q. uirtus moralis tendit ad
medium per modum naturae ut dicit Tullius, sed
prudentia operat secundum modum rationis.
Sed contrarium dicitur in definitione virtutis mo
ralis scilicet q. consistit in medio prout sapientia de
termina uerit.

Dicendum q. huiusmodi quod est conformari rebus
rationi et sic prout finis cuiuslibet uirtutis mora
lis. Et huius finis est d. m. praeiudicatus secundum
naturalem rationem, qualiter autem attingendus
sive per rectam dispositionem, eorum, quae sunt ad fi
nem pertinet ad prudentiam et per hoc R. ad 1.

Ad. 2. q. etiam agens naturale fauere ut forma sive in
materia, non tamen fauere ut forma inueniant ea
quae perse ei insunt / Ad. 3. q. inclinatio natura
lis uirtutum, qua ad medium tendunt semper eode
modo operantur nisi ad inueniendum medium per uir
tutem prudentiae dirigere.

Ar. 8. Vm Praecepere sit principalis
actus prudentiae

(quod non eodem
modo inuenit in
omnibus)

Et videtur quod non quod precipere pertinet ad
 bona que sunt facienda. Augustinus
 uero in 14 de trin. ponit actum prudentis
 precipere in sodas | 2. quod 6 ethico.
 consiliari dicitur proprius actus prudentis
 3. quod precipere uidetur ad uoluntatem perti-
 nere. inquit non est prudentia.

Sed contra est quod Philosophus in 6. ethico ait
 quod prudentia preceptiua est.

Ducendum quod prudentia est recta ratio re-
 rum agibilium, cuius tres sunt actus. scilicet
 ut prius consiliari. sive inuenire. secun-
 dum iudicare de inuentis qui pertinet ad ra-
 tionem speculatiuam; et tertius precipere
 de inuentis qui pertinet ad rationem
 practicam, et quoniam propinquior est fi-
 nis est proprius actus prudentis. unde in 6
 ethico dicitur melior artifex qui peccat uolens
 et imprudens qui peccat uolens. quod deficit
 in principali actu prudentie qui est precipere

[Faint handwritten notes in the right margin]

applicando ea
ad opus

in arte quasi
saberis rectum
iudicium - quod
qui peccat no-
lens

Ad 1. R. quod actus precipiendi non solum in bo-
 nis prosequendus, sed extendit ad maliciae
 da / Ad 2. quod prudentia est etiam beneconsi-
 liatiua. ut inuenta applicentur ad opus / Ad
 3. quod mouere absolute pertinet ad uoluntatem;
 sed precipere importat motionem cum qua-
 dam ordinatione. ac proinde est actus ratio-
 nis.

Ar. 9. Vm sollicitudo pertinet
ad Prudentiam.

Et uidetur quod non quod importat inquietudinem ut dicitur in 2o
 que

Summula D. Thome

que ad vim appetitivam pertinere vide
t / 2^o quod opponit certitudinem veritatis
ergo potius etiam opponit prudentiam quod
ad eam pertineat / 3. quod 4^o ethic. dicitur
ad magnanimum pertinere quod sit piger
et ociosus: at bonum (scilicet esse magna
nimium) bonum (scilicet prudentiam) non con
trariatur.

Sed contra est. 1. Petrus 4. estote prudentes
et vigilate etc. //

Dicendum cum Isidorus lib. ethic. quod sollicitudo
est solers citus ad operandum ~~consuetudo~~ que
tardè consiliata dicitur. Unde Augustinus
lib. de moribus eccl. ait quod prudentes sunt
excubie, atque diligentissima vigilantia.

Ad 1. Prudentia pertinet ad vim appetiti
vam sicut ad principium moriens. tamen
secundum preceptum, et directionem ratio
nis. in quo consistit ratio sollicitudinis.

Ad 2. que ait Philosophus in 1. ethic. cer
tudo non est equaliter, et sic querenda
in omnibus ut sollicitudo tollatur / Ad 3. quod
magnanimus, quoniam timet minus dici
sollicitarij, tamen quod omnino sollicitudine ca
reat.

Ar 10. Vm Prudentia extendat
se ad Regimen multitudinis?

Unde quod in 5. ethic. dicitur quod virtus re
lata ad bonum multitudinis est iustitia)

2^o quod prudens est qui bona sua queque, ac freq
uenter qui bona communia procurant sua pro
pria negligunt / 3. quod dicitur contra temperan
tiam

ut colligitur i.
reg. 9. de assinis
quas perdidisti
etc.)

ut dicitur in 6
ethicorum)

no obsequio
a magis

itaque non in
multitudine
quod manifestum
est in magis

triam et fortitudinem, quae etiam uidentur esse et
sunt circa bonum proprium.

Sed contra Matt. 24. fidelis seruus et prudens
constituit a domino super familiam suam -

10. et

Dicendum q. qui peccata seruus prudentiam solum
extendi ad bonum proprium decepti sunt. ut di
citur in 6. et sic. tunc q. est contra charitatem, quae
ut habet. 1. cor. 13. nunquam, quae sua sunt:
tunc q. contra rationem rectam, quae bonum com
mune praefert particulari. exterius ergo prudentia
etiam ad bonum commune. consiliando, iudicando
et precipiendo

Legalis

Ad. 1. Pr. q. Philosophus loquitur de virtute iura
li. et quemadmodum omnis uirtus relata ad bo
num commune dicitur iustitia. sic prudentia relata
ad bonum commune uocat prudentia politica. Ad
2. q. qui querit bonum commune proprium etiam
praesertim q. pars communitatis. ut ponderat Vale
rius. tunc q. bonum aduersus partem attendit
ex ordine ad bonum totius. sic ait Augustinus in
lib. confes. / Ad. 3. q. etiam temperantia et forti
tudo ordinantur ad bonum commune ut dicit. 3. et
quamuis. Sed magis conueniunt fortitudini, et
prudentiae quae pertinent ad partem rationalem.

iustitia.

Ar. 11. Vm Prudentia quae est Respec
tibus proprii sit eadem specie cum mea
quae se extendit ad bonum commune?

7.

Et uidetur q. sic. q. 6. et sic. dicit q. politica et pru
dentia idem habitus est. esse autem non idem ipse
7. q. 3. polit. dicit q. eadem est uirtus in rebus
et Principis. in hoc autem maxime viget politica ergo et in illis
3. q. bonum prudentiae ordinatur ad bonum po
liticum. ergo nec subiecto nec specie secessunt.?
aut secundum substantiam habitus.

Sed

Summula I Thomae.

Sed contra est q. ethica politica et economica sunt diuersae scientiae. ergo et prudentia sunt specie diuersae secundum hanc diuersitatem materiae.

Dicendum q. diuersitas substantiarum desumenda est, ex differentia formali obiecti. ratio autem eorum, quae sunt ad finem suum ex parte finis. diuersi autem fines formaliter sunt finis proprius unius, et finis familiaris, et finis regni, ac proinde prudentia simpliciter dicta quae ordinat ad bonum proprium, distinguitur a prudentia economica, et politica. ~ ~ ~ ~ ~

Ad. 1. R. q. Philosophus solum intendit q. Politica sic idem secundum substantiam habet prudentia, quae ordinat ad bonum commune. Ad. 2. q. ad bonum viciu pertinet bene subdici, et principari, et nihilominus virtus viri, et Principis specie differunt sicut et virtus viri, et mulieris, ut ibidem dicitur. Ad. 3. q. etiam diuersi fines, quorum unus ordinat ad alium, diuersificant specie substantiam, sicut patet in equestri militari et civilibus. quia vis substantia quae ordinat ad finem ultimum semper sit principalis, et alijs habitibus imperet.

Ar. 12. Vm Prudentia sit in subditis an etiam in Principibus?

Et videtur q. solum in principibus sicut in viciis dicitur expresse docere Philosophus. 3. politic. dicit q. prudentia sola est propria virtus Principis

cipis subditicis opinio vera / 2. q. ita
 i. polit. dicit q. servus omnino non habet
 quid consiliativum / 3. q. est preceptiva
 ergo non pertinet ad subditos.

Sed contra est q. 6. ethic. ponit duas species
 prudentie politicę scilicet altera legum
 positiva, que pertinet ad principes. et altera
 que retinet commune nomen politica, et est
 circa singularia, et ad subditos ^{etiam} spectans

Dicendum q. subditi ^{vero} ut sic est regi et non
 regere ac providere ut sic non habet prudentiam
 sed in quantum est rationalis, et seipsum re
 gendurus. unde Prudentia ut dicitur in 6.
 ethic. in Principe est ut ars architectonica
 sed in servis aut subditis ut ars manuope
 rans.

intantum quis
 sciat de pruden
 tia in quantum
 sciat de ratione
 regimini

Ad. 1. de ex dictis / Ad. 2. similiter q. servus
 ut sic est tanq. instrumentum domini, secus
 p. v. est animal rationale / Ad. 3. q. etiam
 summa per rationem precipit sibi scilicet infe
 rioribus viribus suis ipsius.

intantum quis
 sciat de pruden
 tia in quantum
 sciat de ratione
 regimini

Ad. 13. Vm Prudentia possit esse
 in Peccatoribus?

Unde q. sic q. licet .i. dicuntur pruden
 tiores in generatione sua, q. filij lucis / 2.
 q. fides est nobilitas q. prudentia, et tamen re
 perit in eis / 3. q. multi peccatores sunt boni
 consilij /

Sed contra dicitur 6. ethic. impossibile est pru
 dentem esse. non entem bonum.

Dicitur

Summula d. Thomae

Dicendum q; Prudentia est triplex prima
falsa ^{et} per similitudinem, ad consequendum
malum finem sicut dicit bonus latro. et
de hac loquitur Apostolus Rom. 7 / Secunda
vera sed imperfecta dupliciter nimirum
vel q; ^{um} ~~quod~~ ^{ad} ~~interdum~~ non est finis totius
humanae vitae, sed alicuius specialis nego-
tij. ut n. g. ⁱⁿ ^{merca} negotiatorum, aut nauca; uel q;
deficit in principali actu prudentie, peca-
cum quis recte consiliat, et iudicat (etiam
in his, que pertinent ad totam uitam) sed
non efficaciter precipit. Tertia uero est
prudentia uera et perfecta in nullo defi-
ciens, que ad bonum finem totius uitae, rec-
te consiliat, iudicat, et precipit, et hec re-
perit in bonis solimodo, prima in solima-
lis, secunda (nisi deficiat in actu) est com-
munis malis et bonis.

^
uel conformita-
tem
^ bonorum operum

Ad 1. R. ex dictis, uide non dicunt simpliciter
prudentes, sed in generatione sua; Ad 2. q; fi-
des non importat ordinem ad appetitum rec-
tum sed solam cognitionem. Sicut prudentia
que requiritur sine virtutibus moralibus
reperiuntur, ac proinde quamuis fides sit nobis
or ex parte obiecti; tamen in prudentia secun-
dum sui rationem magis repugnat peccato;
Ad 3. q; peccatores non sunt bene consiliati
ij perfecte ad finem bonum totius uitae; q;
consilium ad effectum non perducunt. Sicut
ut dicitur in 6. uel sic. Sicut in eis diuina; uel na-
turalis industria, aut malicia indifferens; aut
astucia que se habet solum ad malum

Ar. 14. Vm Prudentia sit in omni-
bus Sabentibus gratiam?

Fundat q. non q. multi Sabentibus gratiam
deest industria prudentia. 2. q. multi tales
non sunt bene consiliarii. 3. q. Philosophus in
3. topic. dicit q. in iuuenibus non est prudentia, et
tamen multi eorum Sabent gratiam.

Sed contra est Gregorius in 2. moral. q. virtutes
sine prudentia esse nequeunt. et nullus Sabet
gratiam, nisi sit virtuosus.

Quendum q. Sabens gratiam Sabet etiam cari-
tatem. ac ex consequenti ceteras virtutes. Omnes
enim sunt connexae. Unde et prudentiam Sabere
re necessarium est.

Ad 1. q. q. industria cuiuslibet sibi necessaria non
deficit. quia nui non Sabeat eam in tanta pleni-
tudine ut alijs providere possit. Ad 2. q. tales sci-
unt Sabere sibi consulere, in hoc q. consilium alio-
rum exquirunt. Ad 3. q. prudentia acquisita
exercitio actu. ut dicit in 1. ethic. in iuueni-
bus esse non potest, nec secundum habitum, neq.
secundum actum. prudentia tamen infusa in
omnibus Sabentibus gratiam etiam pueris et am-
bulantibus inuenit quantum ad actum.

Ar. 15. Vm Prudentia sit in nobis a

Natura?

Fundat q. sic q. 6. ethic. dicit Philosophus. q. ea
quae sunt prudentia. ut syriacus et grammae sunt a
natura in nobis, et alia similia. 2. q. etas
uariata est a natura. et Job. 12. dicit q. in anti-
quis est sapientia, et prudentia. 3. q. etiam in
quibusdam animalibus brutis inuenit. secundum
Philosophum in 8. de hist. animalium.

Sed contra est Philosophus in 2. ethic. dicens q.
inmodi habitus intellectuales indigent doctrina
et experientia.

Dicit

Summula d. Thomae

Decendum q prima principia communia pruden-
tia sunt et scientie insunt ^{sunt} rationes a natura sed
communis et principia prudentie magis communia
sunt q3 scientie ut dicitur in 10. ethicorum) rursus
autem alia principia posteriora et minus commu-
nia / circa particularem autem cognitionem
tam distinguendum est quod operatur et circa
fines humanarum vitae. qui sunt determinati. et cir-
catus potest esse inclinatio naturalis. sed ea que
sunt ad finem, circa que est prudentia sunt in-
determinata, ac per consequens prudentia non
est a natura. quamvis in multis naturalibus ha-
bitatis. ut ad eam aptus, q3 malis.

corum circa que
operatur consistit

Summa
69

Ad. 1. R. q. Philosophus loquitur de pertinentibus
ad prudentiam, secundum q. ordinat ad fines.
et sic de eubolia consiliativa medicorum rursus me-
torem) Ad. 2. q. in sensibus et maioris dispositio
ob sedatas passiones. et maior experientia / Ad
3. q. in brutis animalibus sunt determinata via
perueniendi ad suos fines. rursus autem in homi-
nibus.

Ar. 16. Vm Prudentia possit
amitti per oblivionem?

Et videtur q. sic. q3 scientia que est rursus
contingentibus ut prudentia. sed de necessa-
rijs per oblivionem amittit) 2^o q3 ad ge-
nerationem prudentie necessarium est ex-
perimentum. quod fit ex multis memorijs
ergo a contrariis ut dicitur in 2. ethic. per
oblivionem amittit / 3. q3 rursus sine
cognitione universalium. que amittit
per oblivionem /
sed contra dicitur in 6. ethic. q. obliuio est ar-
tis

ut dicitur
i. meta.

tis & non prudentis. Dicendum q. ob-
 livius respicit solam cognitionem de prin-
 de aut et scientia que in ratione sola con-
 sistent possunt per oblivionem amitti.
 prudentia vero quantum ad suam actionem
 principalem quae ex precipere dicit etiam
 ordinem ad appetitum applicando cogni-
 tionem habitam ad appetendum et ope-
 randum. ut dicitur. 6. ethic. ac ex consequē-
 ti non amittit per oblivionem, sed magis
 corrumpit per passiones. ut daniel. 13. et
 exod. 23 insinuat. cum hoc tamen stat
 q. obliuius impediatur prudentiam in quan-
 tum procedit ad precipiendum ex aliqua
 cognitione. que per oblivionem tolli pot-
 est.

Ad. 1. R. ex dictis / Ad. 2. q. illud experi-
 mentum non acquiritur ex sola memoria
 sed ex exercitio recte precipiendi. / Ad. 3.
 q. principale prudentie non consistit in
 cognitione universalium. sed in applica-
 tione universalium ad operandum.

Q. Quarto. 48 De Partibus Prudentie

Ar. unus vni conuenienter as-
 signentur tres partes. pruden-
 tiae videlicet in conuenienter. q. Tullius
 2. Rheticor. ponit tres. scilicet memoriam
 intelligentiam et providentiam. Macrobijus
 ex

Summa d. Thomae

ex Platone attribuit prudentiae sex sui
Secerationem, intellectum, circumspec-
tionem, providentiam, docilitatem, et
cautionem. Aristoteles autem in 6. libris
ad prudentiam pertinere ait euboliam
synesim, et gnomin, cum eubolia
sentu et intellectu. Quidam autem ali-
Philosophus graecus dicit prudentiae attri-
buit ergo uel una assignatus est super-
flua, uel alia diminuta. 1. q. pru-
dentia distinguitur contra scientiam, ergo in-
conuenienter rhetorica, physica, dialectica
Poethica, et chronomica a dicto graeco phi-
losofo inter prudentiae partes annumeran-
tur | 3. q. quae Macrobius prudentiae ad-
scribit pertinent ad omnes actus cognosci-
tivos ergo | 4. q. etiam uti pertinet ad ra-
tionem practica, ergo debuisse cum ce-
teris ab Aristotele ad prudentiam addi-
5. q. etiam sollicitudo ad prudentiam spe-
tat, quae tamen inter partes eius non con-
numerat.

Dicendum q. cum partes alicuius totius
sint in triplici differentia. scilicet inte-
grales, subiectivae, et potentiales. Pruden-
tiae integrales partes sunt octo scilicet sex
assignatae Macrobio, cum memoria, et
eubolia, quae idem est quod bonae membra-
ratio; quarum quinq. pertinent ad cogni-
tionem, tria uero ad precipiendum cognita.
Partes autem subiectivae sine specie pruden-
tiae

tu sunt et sua. q. ethnomica, et politi-
ca (et hęc multiplex ut militaris, fami-
liaris siue domestica, et civilis) quibz
large sumptis moribus scientię, rethori-
ca, physica, et dialectica armediuntur.
quatenus prudens. iam ex necessarijs -
iam ex probabilibz, iam ex coniecturis pro-
cedere consuevit. Partes uero poten-
tiales, siue uirtutes ad inuenta prudentię
ad actus secundarios, sunt enbulia que
pertinet ad bene consiliandum. Syntesis
ad iudicium. et prudentia ad precipien-
dum.

Ad. 1. q. ex dictis naturalibz ex partibus
signatis ad alias reducuntur. Ad. 2. ^{etiam} patet
ex dictis, et ethnomica et politica nō su-
munt ut sunt scientię, sed ut prudentię
quędam. Ad. 3. q. illa nō sumunt secun-
dum totam suam cōmunitatem, sed pro
ut habent aliqua, que pertinent ad pru-
dentiam. Ad. 4. q. recte precipere et uti-
mitus se cōmittant. q. ad preceptum rati-
onis sequit̄ p̄cip̄ obedientia inferiorum
iurium. Ad. 5. q. sollicitudo includit in-
uentione prudentię.

Quaestio. 49 De singulis pruden-
tia partibus quasi integralibz
in octo articulos diuisa.

Ar. 1. Vm̄ memoria sit pars Prudentię?
et

Summa d. Thomae

Unde et quoniam quod est in parte ratiocinativa
ut dicitur in 6. ethic. memoria uero insensiti-
ua teste eodem Philosopho / 2. quod acquiritur
et per exercitium, memoria autem nobis a
natura inest / 3. quod prudentia est consilia
tua futurorum, memoria uero est de praeteritis

ut dicitur
ethic. 6.

Sed contra est Tullius in 2. rethoriarum
Dicendum quod cum prudentia dirigat circa ope-
rabilia contingentia (quae diuersimode uariantur
&) experimentis indiget quod tempore et ex
multis memorijs acquiritur. ut ait Philosophus
in 1. metaph. ac ex consequenti conuenienter
memoria pars prudentiae assignatur.

Ad 1. quod ad applicandum uniuersalia partium
labilis operabilibus, multa quae pertinent ad
sensum requirunt, inter quae est memoria

Ad 2. quod dicitur Tullius in sua rethorica non
solum prudentia (quae etiam a natura habet ap-
titudinem et initium) sed et memoria plurimum

habet artis ad suum complementum. et ponit
quatuor ex quibus ipsa perficitur. quarum primam
est similitudinem inuenerunt ad
inuentus (quod idem memoriae tenacius figere
quae in praeteritis rebus contigerunt). Secundum
est ordinata ad inuentorum dispositio / Tertium
solicitude ad conseruandas simulacra & figur
as / Quartum denique frequens meditatio eorum
quae uisum memorati / Ad 3. quod ex praeteritis
memoratis argumentum sumimus de futuris

et in dicitur

Ad 2. unde intellectus sit pars prudentiae
Unde et quoniam quod in 6. ethic. potius uirtus intel-

Lec

Intellectus ordinata prudentia. 1. Quia intellectus
 ponit bonum spiritus sancti correspondens
 fidei, sed fides distinguitur a prudentia, ergo 3.
 quia intellectus est universalium, et immateria-
 rum intellectuum per dicitur in 3. de anima.

Sed contra est Iulius et Macrobius. 11.
 Dicendum quod intellectus hic non sumit pro pote-
 tia intellectiva, sed pro recta estimatione alieni
 ius extremi principij, quod accipit ut perse-
 rum ad applicandum universalium particula-
 ribus operabilibus. Et sic ponit pars prudentia.

Ad 1. Res quod conclusio particularis operabilis de-
 ducit ex universalibus propositione cognita per
 virtutem intellectivalem (cui cognita sunt per
 inopia universalium tam speculativa quam practi-
 ca naturaliter) et ex alia propositione siue prin-
 cipio aut extremo singulari siue fine particula-
 ri, cuius recta estimationem, nunc intellectum
 appellamus. Ad 2. quod intellectus ponit do-
 num, est quaedam acuta diurnorum perspec-
 tus, ut supra dictum est. Ad 3. quod dicitur estima-
 tus de fine particulari, quod est de singulari dicitur
 etiam sensus in 6. ethicorum non particularis et ex-
 terior, quod cognoscimus propria sensibilia, sed
 interior, quod de particulari iudicamus.

quod accipit ut
 perse notum.

Ar. 3. Unde docilitas debeat poni pars
 Prudentia?

Unde quod quod communiter pertinet ad omnem vir-
 tutem intellectivalem. 1. Quia quod docilitas ex sola
 naturali dispositione, et non ex virtute pendet.
 3. quia prudentia ad magistros et preceptores, docili-
 tas

Summa D. Thomae

tas autem ad discipulos pertinet / 33. Sed
contra est Macrobius ex sententia Platini,
Dicendum q. docilis est qui bene doctrinam exsus-
cepturus, particularia autem operabilia circa
que est prudentia ob sui multitudinem, et
varietatem, nisi a senibus et expertis et lon-
go tempore cognosci non possunt, ut ethic. 6. pro-
verb. 3. et eccles. 6. edocemur, ac proinde docili-
tas convenienter ponitur pars prudentia.

Ad. 1. R. q. specialis quadam ratione pertinet do-
cilitas ad prudentiam. / Ad. 2. q. quantum sit
a natura quantum ad aptitudinem, rursus
autem quantum ad sui consummationem / Ad
3. q. prudentia non solum alijs, sed et sibi preci-
pit unde et in subditis habet locum: neque supe-
riores et Reges in omnibus, que prudentia postu-
lat sibi sufficiunt, sic quoniam indigeant edoceri.

Ar. 4. Vm solertia sit pars prudē-
tiæ videtur q. non q. est ad inveniendam media
in demonstrationibus, prudentia autem cir-
ca contingentia versatur. 2. q. consiliatio
prudenter tarda et premeditata fit gradu so-
lertia vero uelox et sine ratiōe coniectura-
tu / 3. q. solertia siue coniectura uti-
potius ad reuerentiam, q. ad prudentiam perti-
net. Sed contra est q. teste Isidoro sub ethum
sollicitus est quasi solers citus, sollicitudo au-
tem ad prudentiam spectat.

Dicendum q. recta q. stimata de operarijs po-
test haberi uel per doctrinam addiscendo ab alijs,
uel per etiam pertinet ad sollicitudinem: uel per

inuentum rem a se ipso et hoc pertinet ad so-
lertiam. unde et primo posteriorum dicit Phi-
losophus q. est prompta et facilis coniectura
circa inuentum rem medij. itaq. est pars
eiusdem. et pro ea accipitur consuevit. et ex
consequenti pars est prudentia.

Ad. 1. R. q. solertia non solum in demonstrati-
uis. sed et in operatiuis medium inuenit.

Ad. 2. q. solertia ad consiliandum inuenit ma-
xime quando ex improbitate aliquid adage-
dum occurrit.

Ad. 3. q. etiam rethorica con-
ceditur circa operabilia. et in rethorica hic
sumit prout in quibuscumq. rebus oportet
sominem condicere ueritatem.

Ar. 5. Vm Ratio debeat poni pars
Prudentie.

Prudentia / Euidet q. ratio q. est in ratione tanq. in sub-
iecto. ut dicit in 6. ethic. ergo / 2. q. ratio
est communis virtutibus intellectualibus. et
precipue sapientie. et scientie / 3. q. ratio
non differt secundum esse potentie ab intel-
lectu. posito ergo q. intellectus sit pars pruden-
tie. superflue addit ratio -
Sed contra est Macrobius secundum senten-
tiam Plotini.

Dicendum quod cum consilium sit inquisitio ex
quibusdam ad alia procedens (quod est propri-
um rationis) ratio propterea dicitur pars pruden-
tie quia bene consiliativa est.

Ad. 1. R. q. ratio sic sumit non pro ipsa potentia
sed.

Summula d. Thomae

Sed pro bono eius usu / Ad. 2. q. certitudo
rationis est ex intellectu, sed necessitas ra-
tionis est ex defectu intellectus. et quamvis
in quibusdam alijs virtutibus intellectu-
bus sit certior ratio, q. prudentia; tamen ad
prudentiam maxime requiritur q. homo sit
bene ratiocinativus, ut possit bene applica-
re universalia ad particularia, quae sunt
varia, et incerta / Ad. 3. q. ~~differtur~~ intel-
lectus et ratio ~~non sunt eadem~~ sunt una
potentia, differunt tamen secundum actus
q. intellectus sumit rationem ab infima pene-
tratione veritatis, ratio vero ab inquisitio-
ne et discursu et sic utraq. ponit pars pruden-
tia.

Ar. 6. Vm Prudentia debet

poni pars prudentiae?

Et videtur q. non q. nihil est pars sui ipsius,
sed prudens secundum Isidorum et Boetium
est quasi providens, vel providens. ergo
2. q. prudentia est practica providentiam
in (a visum dicta) est speculativa / 3. q.
nec precipere, nec iudicare aut consilium
importat per providentiam)

Sed contra est Iulius et Macrobius

Dicendum q. cum ad prudentiam pertineat
futura contingentia (non praeterita, nec praesentia
inquantum talia q. necessitatem be-
cum annexam habent) ordinare in finem
providentia futurorum ad prudentiam tanq. pars
ipsius referenda est -

Ad -

que sub huius
nunc providen-
tia cadunt

Ad. 1. Ar. q. nomen prudentie sumit
 a prudentia, tanq̄ a principalis sup
 parte) Ad. 2. q. speculatio est circa uni
 versalia et necessaria, que in se ipsa
 sunt p̄vidē. q̄s ut sic quoad nos, qui in
 cognitione deficiunt, ac proinde p̄vidē
 dentia non dicitur proprie in speculatio
 sed in practica) Ad. 3. q. in relecta ordina
 tione ad finem includit rectitudo consilij
 iudicij a p̄cepti.

cum sint ubiq̄
 et semper.

Ar. 7. Vm circumspectio possit esse
 pars prudentie.

Et videt q̄ non q̄ circumspectio videt esse in
 finitibus que circumstante) consideratis, que in finita autem a
 ratione comprehendere non possunt) 2. q̄
 circumstantie magis videntur ad morales vir
 tutes, q̄ ad prudentiam pertinere) 3. q̄ per
 prudentiam videntur que p̄videntur. et
 q̄ ipsa sufficeret ad ea que circumstante)
 Sed contra est auctoritas Macrobij supra
 citati)

magis.

Dicendum q̄ relecta ordinatio prudentie in
 finem, postulat et bonum finem, et boni
 tatem eius rei que ordinat ad finem. Sed
 q̄ aliquando contingit q̄ id quod secundū
 se est ordinatum ad finem, ex aliquibus
 concurrentibus reddat vel malum, vel nō
 opportunum ad finem, id est prudentiam
 recte circumspectis

Ad. 1. q. que de facto circumstant nunq̄ sunt
 infinita) Ad. 2. q. prudentia determinat
 cir-

Summula D. Thomae

circumstantias. uirtutes autem morales perficiuntur per eas | Ad. 3. q. prudentia attendit ad id quod est conueniens fini. ad circumspectionem uero analiquid conueniat fini, secundum ea, quae circumstante, quorum utrumque habet. specialem difficultatem.

Ad 3. Vm cautio debeat poni pars prudentiae?

Et uidetur quod non quia uirtutibus nemo potest male uti ut dicit Augustinus lib. de lib. arbit. ergo cautio non est necessaria prudentiae quae uirtutes dirigit. | 2. quia eiusdem est prouidere bona et cauere mala. ergo ad utrumque prudentia sufficit | 3. quia nullus potest cauere omnia mala quae possunt contingere et nullus prudens cogitat ad impossibile. ergo. Sed contra ad ephes. 5. uidete quomodo caute ambuletis.

Dicendum quod cum in contingentibus specialem circa quae est prudentia. et non falsae reus et mala. bonis (bonorum speciem habentia commisceant) necessaria est cautio. ut sic accipiant bona, quae uentura mala.

Ad. 1. q. cautio requiritur ad cauendum (non ad utrumque) sed ea per quae uirtutum actus impediuntur possunt | Ad. 2. concessis antea dicitur dicimus, quod uitare aliqua impedimenta extrinseca pertinet ad aliam rationem | Ad. 3. q. mala quae in plurimum in uita hominum contingunt non sunt infinita. et per prudentiam potest

test. se habet contra omnes fortune insultus
preminere (quantumvis multiplicentur) ut
minus ledat.

Quaestio 50. De Partibus subieci
tius prud. in 4 art. diuisa.

Art. 1. vñ Regnatiua debeat parij
Pars prudentiae?

Unde quoniam ut dicitur in 5. ethic. ordina
e ad iustitiam conseruandam. ergo ad illam
etiam ad prudentiam pertinet. (Legi
iuxta Philosophum in 3. politic. regnatiua an
numerat alijs quinqz speciebus politicarum
scilicet quibuslibet Arbitraria ymocratia tyran
nis. Olycratia. et democratia secundum quas quinqz
nulla sunt prudentiae species. ergo) 3. q. 1.
per ponere legem ad alios qz ad Principes et
reges pertinet. ut dicitur in 1. lib. ethic. ergo
legislatiua quam ponit Philosophus. in 6.
ethic. sufficit

Sed contra est Philosophus. lib. 3. Politic.
Dicendum q. cum regere et precipere sit actus
prudens. ubi est specialis ratio g. minoris. etiam
to perfectior. quanto ad ulteriore et cum
saluam finem ordinat. (ut in Rege et Primi
pe certat) specialis ratio prudentiae danda est
scilicet Regnatiua.

Ad. 1. Reg. prudentia diuigit actus iustitiae sicut
et aliarum virtutum. et si quae virtutes sunt
specialiores Regi. ut dicitur Hierem. 23. q. tamē
regere magis pertinet ad Regem. et exequi ad
ministros. idē regnatiua magis ponit species

Summula d. Thomae

prudenter / Ad 2. q. Regnum inter omnia
regimina est optimum regimen, ut dicitur in
8. ethic. sub quo omnia recta regimina com-
prehenduntur / Ad 3. q. leges ponere (a quo
regnativa dicitur) convenit alijs secundum
q. aliquid participant de regimine Regis -
Ar. 2. Vm Politica convenienter
ponatur pars prudentia.

Regnativa est pars

Et videtur q. non est politica prudentia, sed pars
non iudicis contra totum, ergo politica non
debet poni alia species prudentia / 2. quia
dicitur quod dicit Principem imperare et
subditos regere, ergo politica non dicitur
a regnativa / 3. quia unusquisque de multitudi-
ne per prudentiam communitatem dicitur
sed contra 6. ethic. dicitur politica circa singula
ita existens /

communione

Dicendum q. homines, servi et subditi, sic re-
quire ab alijs, ut eam regant et moveant
se ipsos (diversimode ab inanimatis et irratio-
nabilibus) et proinde ponenda est in eis quaedam
specialis rectitudo regiminis, que politica vocat.

per liberum arbitrium -

Ad 1. R. q. prudentia regnativa est perfectissima
species prudentia, prudentia autem subditi
retinet sibi commune prudentia nomen, ut in
gicis contingit / Ad 2. q. est diversa ratio obiecti
formalis, regnativa enim comparat ad hanc
sicut Architectonica ad manicooperantem -
Ad 3. q. hic regit dominum non in ordine ad seip-
sum, sed ad bonum commune.

Ar. 3. Vm Politica debet poni spe-
cies prudentia

Et videtur q. non est ordinat ad quendam speciem particularem
finem.

finem scilicet diuitias. ut dicitur in 1. ethic
 et non ad bene uiuere totum / 2^o quod est non
 solum bonum. sed et malum. quod multi pecca-
 tores bene regunt familiam / 3^o quod deberet
 etiam paterfamilias prudentia poni sicut et regna-
 tiva. siquidem in familia sunt subditi. quibus
 bene uale.

Sed contra est Philosophus in lib. 6. ethicorum
 Dicendum quod ratio obiecti diuersificata secun-
 dum universale et particulare. et secun-
 dum totum et partem diuersificat artes et vir-
 tutes. ac proinde et politica debet poni media
 species prudentie inter regitiam unius que
 est prudentia communiter dicta et inter politica.

Ad 1. Quod diuites non sunt finis. sed instrum-
 enta. Et sic uult Philosophus ibi.

Ad 2. quod peccatores non dirigunt familiam ad
 totum ipsum bene uiuere domesticum / Ad 3.
 quod in patre reperit aliqua similitudo ad regem
 sed deficiens. ac proinde non ponit species dist-
 incta prudentie paterfamilias. sicut Regnatiua.

Art. 4. Vm militaris debeat

poni species prudentie

Et uidetur quod non quod prudentia diuidit contra
 artem. ut dicitur in 6. ethicorum. sed militaria
 est ars. ut dicitur in 3. ethicorum. ergo / 2^o quod eti-
 am ad mercaturam et artificum negotia
 que sub politica continentur essent ponendae
 species prudentie / 3. quod in bellicis plurimum
 ualeat militum fortitudo. ergo militaris ad
 fortitudinem pertinet. non ad prudentiam /
 Sed contra dicitur pro 24. cum in dispositione

in

imitat bellum. et erit salus ubi multa consilia.

Quod enim ^{et ratio} gars imitat et confirmat se naturae ^{naturam} figuratiue diuina est instituta. in qua ~~et~~ unaqueque res regit et ab incursibus impugnativum defendit. ut per concupisibilem et irasibilem in animalibus fieri consuevit. ac proinde praeter politicam ponenda est prudentia militaris.

Ad 1. q. siue habeat aliquod de arte tamen habeat magis de prudentia prout est ad bonum commune. Ad 2. q. alia negocia ordinantur ad aliquas particulares utilitates. sed militaria ad tuitionem totius boni communis. Ad 3. q. directus militis ad prudentiam pertinet.

Quaestio 51. De Virtutibus adiunctis prudentiae

in 4. art. Diuisa

Ar. 1. Vm eubuliasit virtus?

Et videtur q. no. qz eubulia, id est consilij, multum male utuntur et ad mala. 2. qz virtus dicit perfectionem. eubulia vero circa consilium consistit quod importat inquisitionem. et dubitationem. quae imperfectio sunt. 3. qz est sine virtutibus cum multi peccatores bene consulerent. et aliqui boni sint ad consulendum tardij. Sed contra q. qz eubulia teste Philosopho

pho in. 6. ethic est rectitudo consilij
 Dicendum q. cum eubulia sit idem quod
 bene consiliativa facit alteri homini
 bonum ac ex consequenti est virtus 2/
 Ad. 1. R. q. non est bonum consilium in-
 quod vel in alio finis prestitum. vel ad bo-
 num finem male adinueniuntur. ut
 dicitur in. 6. ethic) Ad. 2. q. licet virtus hu-
 mana sit perfecta. non tamen omne quod
 est materia virtutis (ut patet in passio-
 nibus quas moderat) ~~est~~ impor-
 tat perfectionem. vel dicendum q. est per-
 fectio secundum modum hominis). Ad. 3.
 q. in nullis peccatore ut sic. reperit eubulia
 cum suis circumstantijs. nec deest iustis in-
 his que virtutes sunt. quamuis ad aliquam
 particularia negocia sit minus aptus.)

Ar. 7. Um eubulia sit virtus

distinta a prudentia?

Respondetur q. prudentia ut sic est bene consi-
 liarij) 2. q. ad eundem finem scilicet
 commune bonum humanamque utraqz or-
 dinat. ut dicitur in. 6. ethic) 3. q. in scientijs
 ad eandem pertinet inquirere et determi-
 nare, ergo et in virtutibus)

Sed contra est q. eubulia non est precipere
 ut dicitur in. 6. ethic. sed prudentia.

Dicendum q. virtutes distinguuntur per ordinem
 ad actus in bonitate diversos actus autem
 consilij recti. iudicij. et bene precipiendi

Sunt

Simulatio Thomae

Sunt distincti, taliter q. bonum consilium qui est actus cubilia ordinat ad bene precipiendum qui est actus prudentia. ac prinde cubilia ad prudentiam ordinat. sine qua sicut neq. alie virtutes esse ^{non} potest.

Ad. 1. R. q. prudentia consiliat imperantia cubilia elicitive. Ad. 2. q. ad unum finem ultimum, qui est bene vivere, ordinant tres actus scilicet consilium et iudicium remate ^{et} preceptum proximum quamvis et consilium et iudicium habeant suos fines proximos particulares.

Ad. 3. q. etiam in speculabilibus alia est scientia que ordinat ad inquisitionem inventivam scilicet dialectica, et alia scientia demonstrativa que est determinativa veritatis.

Ad. 3. Vm synesis sit virtus?
 Et videt q. non q. inest quibusdam animalibus ut dicit in 6. ethic. 2. qz solum est iudicativa, sed iudicium potest esse animalis. 3. qz nunq. est defectu in bene precipiendo q. in processu erit in iudicando. ergo sola synesis sufficit sine prudentia.

Sed contra est q. iudicium perfectius est qz consilium, sed adhuc ponit specialis virtus. ergo et ad illud

Decendum q. diversitas actuum qui in re ducuntur in eandem causam, inveniunt diversas virtutes; et cum bonitas consilij. et iudicij non re-

ducant in eandem causam, quia multi sunt
 beneconsulativi qui non sunt bene senta-
 ti, sicut et in speculabilibus quidam sunt
 bene inquirentes, qui non sunt boni iudicij.
 Ideo praeter eubuliam consulativam, ponē-
 da est synesis iudicativa virtus. Synesis
 enim graeco iudicium. Sive sensus sonat, et
 synesis dicitur bene sensatij.

Dicendum quod bonum iudicium in hoc consistit
 ut quis cognoscitina apprehendat rem alij
 quam prout in se est, quod provenit ex recta
 eius dispositione. Suiusmodi autem dispositio
 radicaliter quidem est a natura. Consistit
 tunc autem ex exercitio, vel munere gratiae
 et hoc rursus dupliciter scilicet ex parte ipsi-
 us cognoscitivae virtutis, alio modo ex parte
 appetitivae virtutis; ex qua sequitur quod homo be-
 ne iudicat de appetibilibus. Ad 2. quod circa
 particulare agibile semper iudicium corru-
 pit in peccativis. Ad 3. quod si bene iudica-
 ta suspendunt, et negligenter executioni man-
 dant, ac proinde post iudicium, est necessarium
 unum prudentiae preceptum.

Ar. 4. Vm Thomae sit specialis virtus?
 Et videtur quod non quia est iudicativa, ad bene autem
 iudicandum in omnibus videtur sufficere synesis,
 2^o quia una tantum est virtus bene consulativa
 et una bene preceptiva ut dictum est. ergo
 sufficit una bene iudicativa media inter eas,
 3^o quia quae raro accidunt, in quibus oportet a com-
 muni legibus discedere, sunt casualia, om-
 nes

Ad 1. patet solutio
 ex dictis.

uno modo directe
 et indirecte

Ad 1. patet solu-
 tio ex dictis.

circaque versat
 gratiaj -

Summula d Thome

nes autem virtutes intellectuales per
tinent ad rationem rectam ergo etc.)
Sed contra est Philosophus in 6. ethicis.
Dicendum q. tam in speculatiuis q. in practi-
cis habitus cognoscitivi distinguuntur secundum
altiora uel inferiora principia. ut patet in
sapientia et scientia. ~~et~~ et sic distinguuntur
quodammodo a Synesi q. sic iudicat secundum
communes regulas agendorum. quodammodo
praeter regulas communes per altiora princi-
pia ac prorsus est specialis virtus importans
quamdam perspicacitatem iudicij.

Ad 1. q. Synesis iudicat de omnibus sed secun-
dum communes regulas. Ad 2. q. in quisi-
tu sic ex principijs communibus, et prudentia
preceptum in omnibus respicit in am ratio-
nem boni. ac prorsus uita est eubulia, et uita
prudentia. iudicium autem sumit ex prin-
cipijs proprijs. Ad 3. q. considerare omnia
quae accidunt praeter communem cursum per-
tinet ad diuinam prudentiam. sed inter
homines qui magis perspicax est potest ho-
rum plura sua ratione diiudicare.

Quaestio 5. 2. De Dono con-
siliij in 4. art. diuisa

Ar. 1. vni consilium debeat poni
inter dona spiritus sancti?

Et uidetur q. non q. dona ut dicit Gregorius in
2. moral. dantur in adiutorium uirtutibus
ad d.

Cut puta cum in
pugnatori patriq
non est depositu
reddendum ->

ad consulendum autem Sufficiens est /
 Soluta. et Prudentia / 2. q. in dicitur datus /
 paucioribus q. s. habentibus gratiam spiritus
 sancti. ut. 1. mactab. 2. Eccc. s. non vir
 consilij est. ergo magis pertinet ad grati-
 as gratis datus / 3. q. Rom. 8. quia agunt
 spiritu dei, filij dei sunt. ergo Consilium
 quod se mouet non est donum spiritus sancti
 sed contra Isai. 11. requiescet super eum
 spiritus consilij.

Missus est ad d. 171
 mactab. 2. q. 2.

Dicendum q. cum dona spiritus sancti sint
 dyspositores quibus animam reddit bene-
 mobilis a spiritu sancto. et cum proprium
 sit rationalis creature, q. per inquisitio-
 nem consilij moueat ad aliquid agendum
 sequit q. consilium quod quis mouet a
 spiritu sancto sit donum ipsius.

Ad. 1. R. q. p. inter illas virtutes quibus
 naturaliter ratio dirigat ad consulendum
 indiget homo ad multa motione consi-
 lij ab spiritu sancto. q. uod dicitur Rom. 9. co-
 gnationes mortalium sunt timide. et
 inerte prudentie nostre / Ad. 2. q. sic pot-
 lere consilio ut alijs subiceriamus per-
 tinet ad gratiam gratis datam / Ad. 3. q.
 filij dei agunt a spiritu sancto per donum
 consilij. salua tamen libertate arbitrij.

Ar. 2. Vm donum consilij respō-
 deat virtuti Prudentie.

Fundat q. nō q. supremum infimi attingit
 infimum supremi ut dicitur d. 7. de diu-
 nom

Summula d Thome

quod est superius
ad prudentiam)

rum. ergo supremum prudentie scilicet
preceptum, attinget infirmum doni
spiritus sancti. ac proinde donum corres-
pondens prudentie non erit consilium
sed potius preceptum. 2. qz prudentie que est in
sufficienter respondet per unum donum scientie
scientie. 3. qz ad prudentiam pertinet di-
rigere, ad donum autem consilij, qz homo
dirigat a deo.

Sed contra est qz consilium sicut et pruden-
tia est circa ea que sunt agenda propter
finem.

Dicendum qz motuum inferiorum movetur
a motu superiori, et sic ratio humana
a divina per donum consilij ipsam adiu-
vante et perficiente.

Ad. 1. Arg. iudicare et precipere non est mo-
ti sed moventi. consilium autem moti
consilia ab alio consulante. Ad. 2. qz scien-
tie donum cum sit in speculativo, non
respondet directe prudentie, sed secundum
quamdam extensionem eam adjuvat.
Ad. 3. qz movens motum (v.g. mens hum-
ana) ex eo qz movetur movet se et alios.

Ad. 3. Vnde donum consilij maneat
in Patria?

Respondet qz non qz ubi potest esse ultimus fine, et
sic nihil erit propter ultimum finem agenda.
2. qz in patria nulla erit dubitatio, ergo neqz
consilium. 3. qz ut dicitur. 1. Joan. 3. tunc similes
decerimus. deo autem consilij non rationem
ut dicitur Rom. 11. Sed contra est Gregor. 11. 17. ma-

Dicendum q. quando mouens est causa motus
 et non forme acquisitæ uel subsequente ad motu
 cessante motu cessat alio mouentis. ut patet
 in edificante domum quando iam domum com-
 pleuit. Sed deus cum mouet ad aliquid et causat
 motum et terminum acquisitum siue formam
 acquisitam per motum non desistens ab eius
 causatione. sicut sol postq. illuminauit aerem
 lumen in ipso causat et conseruat. Sic ergo deus
 in beatis conseruat cognitiuam agendi quæ
 in uia habuerunt. et etiam illuminat eos de
 aliquibus rebz quas nescierunt ac p. uide ^{beati} ipsam de talibz
 consulunt sicut et angelz. uide in ipso ^{beati} con-
 silium sine anxietate tamen. ut colligitur ex
 Dionisio 7. cap. de celesti hierarchia. et ex Au-
 gust. 5. super genes. ad litteram

et dubitatione

Ad 1. R. q. in beatis sunt alii ordinati ad finem vel
 quædam procedunt ex finis conseruatione. ut q.
 deum laudando. uel q. per eos ordinant alios ad
 finem intercedendo. et orando. Ad 2. q. anxie-
 tas et dubitatio conuenit consilio in uia. non in
 patria. Ad 3. q. consilium conuenit deo ueda-
 ti cui conformantur sancti illud ab eo recipientes.

quinta

Ar. 4. Vm nona beatitudo. quæ est
miserecordia respondeat dono
consilij.

E uidet q. non q. beatitudines sunt alius vir-
 tutum. per consilium autem comuniter ad
 omnes actus virtutum diriguntur. 2. q. mi-
 serecordia est de necessitate salutis ut dicitur
 iacob. 4. paupertas uero non nisi de perfectio-
 ne et consilio. ergo magis pertinet ad pauper-
 tatem spiritus. 3. q. inter fructus. qui uise
 quærit

ut dicit matt. 19

Summula d. Thomae

quoniam beatitudines non ponit aliquid res
pondens dono consilij. ut patet galat. 5.)

Sed contra est Aug. de serm. domini in monte

Dicendum q. consilium est de utilibus ad
finem. ac per consequens cum misericordia

maxime conducat ad finem. ut dicitur ad
Timot. 4. respondet dono consilij non ut egi-

cienti. sed ut dirigenti.

Ad. 1. Rex dicitur. Ad. 2. q. consilium diri-

git nos in omnibus. que ordinantur in finem vite
et eterne. neq. omnia opera misericordie sunt

de necessitate salutis. Ad. 3. q. in fructibus qui sunt ul-

nihil ponit quod pertineat ad cognitionem
practicam. q. in practico non est ultimum in
cognitione. sed in operatione. specialiter

De Vitijs oppositis Prudentie

questio. 53. in 6. art. diuisa

Art. 1. Vm. imprudentia sit peccatum?

Et videtur quod non q. non est voluntaria. nullus
enim uult esse imprudens. 2. q. nascitur

cum Linnire; nullum autem peccatum propter
originale nascitur cum Linnire. 3. q. omne pec-

catum tollit per poenitentiam; imprudentia
autem non sic.

Sed contra est q. thesaurus desiderabilis gratie
tollit per imprudentiam. ut dicitur pro. 21.

Dicendum q. imprudentia negative sumpta
seruetur pro sola negatione prudentie potest esse

se sine peccato. primitiue uero in quantum ca-
ret. quia prudentia quam natus est et debet sabe-
re est peccatum ratione negligentie adiuncte ad
non

non perdisendum. Si contrarie accipia
tur quatenus quis agit contra regulas prudē-
tiae peraverserit bonam a regulis divinis erit pec-
catum mortale. Secus si agas proter eas absq[ue]
contemptu, q[ui]a tunc erit peccatum veniale.

Ad 1. q. si quis aliquis non velit deforma-
tem imprudentis, vult tamen alium ipsius

Ad 2. q. procedit de imprudentia negativē
q[ui]a ut sic defectus, sicut et alij virtutum re-
ducunt ad carentiam originalis iustitiae

Ad 3. q. per poenitentiam restituit prudentia
infusa, et tollit habitus contrarius acquisi-
tus, in quo proprie consistit peccatum imprudē-
tia.

Art. 2. Vm̄ imprudentia ut spe-
ciale peccatum

Et videtur q[ui]a non q[ui]a consistit in hoc quod est
se contra rationem rectam. Scilicet contra
prudentiam) quod est generale omni peccato.

2. q[ui]a ignorantia, quae opponit scientiae ponit
itaq[ue] generales causas peccati, ergo et imprudē-
tia est. 1. 3. q[ui]a ad prudentiam multa concur-
runt ut supra dictum est, ergo ex defectu
ius subiecti erit distincta imprudentis species)
Sed contra est q[ui]a opponit unī specialī virtuti
prudentiae)

Dicendum q[ui]a aliquod vitium seu peccatum po-
test dici generale dupliciter scilicet aut per
respectu aliquorū virtutum quae sunt species ipsius
aut q[ui]a est generale respectu omnium peccatorū
et hoc rursus dupliciter, aut per essentiam, q[ui]a
des omnib[us] peccatis predicat, aut et hoc modo

^
Sicut nec pru-
dentia -

Ad imprudentia non est generale peccatum /
alio modo per participationem. et sic impri-
dentia est generale peccatum quod secundum
diversas partes (suis nominibus significa-
tas) tam subiectivas, quam potentiales, et
integrales in peccatis inveniuntur; sicut et pru-
dentia in actibus virtutum.

Ad . 1 . q . 1 . q . procedit de imprudentia per par-
ticipationem / Ad . 2 . q . scientia est magis ve-
niens a moralibus et ideo ignorantia (non
sabet rationem peccati mortalis de se, sed ra-
tione negligenter procedentis, vel effectus -
subsequenter, quod secus est in imprudentia)

Ad . 3 . q . defectus eorum que requirunt ad-
prudentiam non inducunt speciem, nisi
pro quanto ordinant ad actus rationis, ut
dictum est.

Ar . 3 . vñ Precipitatio sit peccatum
sub imprudentia contentum?

Unde quoniam proponit dicitur consilij ut
dicit Gregor . in . 2 . moralibus / 2 . q . importat
temeritatem, que magis ad superbiam per-
tinet, ergo non est sub imprudentia / 3 . q . p .
precipitatio magis videtur ^{sub} appropinquare tarditate consi-
lij, aut alio simili contentum.

Sed contra pro . 4 . via impiorum tenebris
sa et nesciunt ubi corruant.

Dicendum q . precipitatio in moralibus sumi-
t metaphisice secundum similitudinem
motus corporalis, que fit aliqua propria
motus, vel ab aliquo impellente assum-
mo

^
impetu

mo ad ima descendit, si enim autem
 in Simine ut ratio, immo operatur, ad
 quam per gradus descendit scilicet per
 memoriam preteritam, intelligentiam
 presentiam, & tertiam futuram, docili-
 tatem, & racionationem, sed si impelle-
 te passione aut per impetum volunta-
 tis quis inordinate ad opus ferat precipi-
 titari dicitur, cum ergo precipitatus con-
 silij ad imprudentiam pertineat, precipi-
 titatus sub imprudentia continetur.

pertransitus eius
 modi gradibus

Ad. 1. Per q. ratiōis consilij et ad donum
 consilij, et ad prudentiam ducit, unde de
 pertinet, ac proinde precipitatus vitium
 utrius contrariatur. Ad. 2. q. temeritas
 sub precipitatione continetur, sed precipue
 contemnit regulam dirigentem, precipita-
 tus vero ultrahic oritur ex impetu volunta-
 tis aut passione impellerite. Ad. 3. q. tar-
 ditas superflua potius habet quamdam si-
 militudinem recti consilij.

Ar. 4. Utrum inconsideratio sit spe-
 ciale peccatum sub imprudentia
 contentum?

Quod est q. non q. Lex divina inducit nos
 ad illam. Matt. 5. nolite cogitare quomo-
 do, aut quid loquamini. 2. q. precipitatus
 sub inconsideratione ex defectu consilij co-
 tineat, ergo a precipitatione non differt. 3.
 q. inconsideratus precedit omnes actus pruden-
 tiz

Summula d. Thomae

træ nimirum consilium, iudicium, et
preceptum, ergo non pertinet ad imprudē-
tiam.

Sed contra pr. 4. q. oculi tui uideant recta
et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos, ergo
a contrariis est.

Dicendum q. inconsideratio importat altū
intellectus ~~in~~ ueritatem rei intuen-
tis, ad quem pertinet iudicium, unde defec-
tus recti iudicij ad ~~utrumque~~ inconsideratio-
nem pertinet, ac per consequens est peccatū,

Ad. 1. R. q. ubi dominus ibi dat fiduciam
discipulis, cum oportunitas considerandi ip-
sus defuerit. Ad. 2. q. sicut consideratio
in iudicio (siue practica siue speculativa)
perfecte, sic inconsideratio præcipue oppo-
nit rectitudini iudicij. Ad. 3. q. hic in con-
sideratio accipit secundum determinatam
materiam, id est secundum agibilia. Summa
na in quibus (quæ sunt circa singularia) plu-
ra sunt attendenda, q. in speculativa. //

Ad 5. Vm inconstancia sit vitium
sub imprudentia contentum?

E uidet q. non q. consistit in non persisten-
do in difficili, hiscautem magis pertinet ad
fortitudinem. 2. q. Jacobi. 3. dicit ubi Je-
sus ibi inconstancia. Zelus autem ad inuidi-
am pertinet. 3. q. inconstancia in delectatio-
nibus ad incontinentiam, et in tristitijs ad
mollem attrahet, ut dicit in 7. ethic.

Sed contra q. ad prudentiam pertinet præ-

et contentio

ipsa

fere maius bonum minus bono, ergo con-
tra est.

Dicendum q. inconstantia est recessus a bono
proposito, que principium quidem habet in
ui appetitiva; ex eaq. aliquid inordinate
placet, sed consummationem habet in ratio-
ne deficiente. (non in consilio sicut precipi-
tatio, neq. in iudicio sicut inconsideratio,
sed in tertio actu prudentia scilicet in pre-
cepto, ac per consequens sub imprudentia ad-
hinet.)

bonum

Ad. 1. q. prudentia principatur omnibus
virtutibus moralibus, ac proinde persistere in
bono pertinet ad omnes morales virtutes, sed
precipue ad fortitudinem, que patitur maiore
impulsum ad contrarium. Ad. 2. q. illa cau-
sant inconstantiam ex parte appetitive virtu-
no thesaurum, debet medietatem dare do-
mino agri. et propterea. matth. 13. dicit q.
qui inuenit thesaurum absconditum in a-
gro. eruat illum. ut thesaurum integre pos-
sederet, alias ut dicit Augustinus in qua-
dam epistola et habet. 14. q. 5. siquid inue-
nisti. et non reddidisti. rapuisti. / Ad. 3. q.
in casu argumenti tenet ad releuandum de-
positarium a grauamine. et qui furtum ac-
cipit rem suam peccat contra iuramentum
titiam eam usurpando ac proinde tenetur
des satisfacere. Et operari dare ut scanda-
lum, si inde ortum fuerit uiter

Ar 6 vñ furtum sit peccatum mor-
tale?

Et uidet q. non q. pro. 6. non grandis est
culpa. cum quis furatus fuerit at peccati
mortale grandis est culpa. / L. q. pro morte
si infligere poena mortis. at pro furto exo. 22
non infligere nisi poena damni scilicet quin-
q. boves pro uro. et quattuor oues pro uina /
3. q. furtum potest committi in paruis rebus
sed contra innuit expresse zacharie. 5. hec
est maledictio est.

Dicendum q. furtum est peccatum mortale
ut pote contrarium charitati proximi. que
est anima uita. et si sub homines fuerit crassius
perbit humana societate. / Ad. 1. R. q. furtu-
m dicitur grandis culpa. uel ex parte furan-
tis cum magna necessitate. uel per compara-
tionem ad alia grauiora peccata. ut ibidem

constat

Ad. 2. q. poena presentis utq sunt medici-
nales. ac proinde non pro quovis peccato
mortali infligitur poena mortis, ~~ac proinde nec~~
pro quolibet furto, nisi irreparabile aut
aggraves per aliquam notabilem circum-
stantiam. Ad. 3. q. minima pro nihilo re-
putantur a ratione. Si tamen qui minima
fuit habeat animum nocendi proximo;
etiam in talibus poterit esse peccatum mor-
tale.

damnum inferat
ut dicit Aug^{us}
in Joanne. et
habet exo. 21.

Ar. 7. Vm liceat alicui fu-
rari propter necessitate?

Et videtur q. non. q. extra de furtis dicitur
q. qui per necessitatem furaverit poeni-
teat hebdomadas tres, sed poenitentia
non imponit nisi ob culpam. ergo. 2.
q. que de se sunt mala (ut furtum pro-
ut dicitur in 2. et sic) ob nullum finem
bonum honestum. 3. q. ut August. dicit
contra mendacium. non potest quis licite
furari ob necessitatem proximi, quem
tenet diligere sicut seipsum. ergo.
Sed contra est q. in necessitate omnia sunt
communia.

Dicendum q. res inferioris ordinis ordinata
est ad superiores, et que sunt de iure positiva
non derogant iuri naturali. de quo in ne-
cessitate omnia sunt communia. ac proin-
de. qui habent superflua tenent egerenti-
bus subvenire. ut dicit Ambrosius. A7 dicit
et ex consequenti qui extreme indiget pro-

~ Summula . d . Thomaz

de rebus alienis siue occulte, siue ma-
nifeste sublatis siue necessitati subueni-
re / Ad . i . R^r q^d decretales illa intelligit
ubi non est iurgens necessitas / Ad . 2 . q^d il-
lud non habet rationem furti, q^d est ad sus-
tentandam propriam vitam / Ad . 3 . q^d eti-
am ad subueniendum proximo sic iⁿ digne
ti possumus aliena tollere .

Ar . 3 . Vm Rapina possit fieri
sine peccato?

Et videtur q^d p^ro^pter de hostibus (que ge-
nus rapine est) licet ut dicit Ambrosius
lib de Patriarchis / 2 . q^d res quas infi-
deles habent non sunt eorum ut dicit Augustus
in epist . ad Vicentium donatistam, ergo
ab eis licite possunt surripi / 3 . q^d fere
omnes Principes multa a suis subditis in-
uitis accipiunt, sed graue esset eos in dis-
criminatim condemnare . ergo .

q^d sic

Sed contra est q^d dominus isai . 62 . de ra-
pina respuit hostes caustum .

Dicendum q^d rapina uolentiam iniusta
importat contra proximum . ac proinde nec
private persone ulli modo licet . nec pu-
blice (que custos iusticie constituit) nisi
aut contra malefactores, eos puniendo, aut
contra hostes iuste eos debellando .

Ad . i . R^r q^d illud licet in bello iusto occurrat
iusta intentione ut dicit Augustus de verbis
domini / Ad . 2 . q^d ab illis auferenda sunt ea
quo

quorum iuxta leges non sunt dominij
non propria auctoritate, sed publica -

Ad. 3. q. Reges iniuste et indebite exiga-
nt a subditis sine necessitate boni com-
munis gravius qz alij surripientes peccant et ad restitutio-
nem tenentur sicut et latrones.
qz sunt custodes iustitiae ut dicit Augustinus
in. 4. de civitate dei. remota iustitia non
sunt regna, nisi magna latrocinia. et
idem constat ex ezechiele. 22. ~ N ~ 11 ~

Ar. 9. Vn furtum sit gravius peccatum
qz Rapina. ~

Et videtur qz sic qz super addit fraudem et dolu,
2. qz magis homines verecundant de furto
qz de rapina. 3. qz furtum pleribus videtur qz
pluribus et magis rapina uen paruis solent
et impotentibus, quibus potest inferri uolun-
taria. Sed contra ut qz Rapina gravius peccat
secundum leges.

De cetero cum qz Rapina est gravius furto tum
qz magis contra uoluntatem eius cui fit. cum
fiat per uolentiam; tum qz fit cum iniuria
et ignominia quadam personae. ex qua patet
ad primum. Ad. 2. q. homines rebus sensibilibus
inherentes magis gloriantur de potentia auctori-
tate exteriori. qz verecundantur de interiori cul-
pa. Ad. 3. q. quamuis pleribus possit reuocari,
tamen per furtum, per rapinam tamen sunt gra-
uiora damna.

inferij

Questio 67 De Vitijs oppositis co-
mutatiue iustitiae in. 4. ar-
ticulos diuisa. ~

Ar. 1. Vn quis possit iuste iudicare eum
qui non est sibi subiectus?

Et uidetur qz sic qz daniel iudicauit senes iudices

in alterius iuris
dictione et hoc
commissi

Et superiores. dan. 13 / 2^o qz Christus omnium
dominus subdidit se summum iudicem / 3^o qz
delinquens alterius successus. uel exemptus
ratione delicti iudicatur a non suo iudice /

Sed contra est auctoritas Gregorij. Deuter. 23
Dicendum qz sententia iudicis in aliquo ca
su particulari habet uim ualidam Legis.
ab auctoritate publica. sine qua nullus po
test alterum iudicare ~~in iudicio~~ nisi ubi
si subditus. uel per commissionem. uel per
potestatem ordinariam.

Ad. 1. R^r qz daniel iudicauit in iudicio di
ni / Ad 2. qz bene potest quis sua uoluntate
alteri subdici. ut patet in iudicibus arbitris qui
quoniam non habent plenam exercendi potes
tatem ideo arbitrium necesse est poena Val
larij. et sic Christus dominus humanis iudicis
se subdidit. et Leo papa iudicis imperatoris //
Ad. 3. qz ratione delicti efficit quis subditus
ad iudicium.

Ad 2. Vm iudici liceat iudicare con
tra ueritatem. quam nouit propter
neqz. quae in contrarium proponunt?
Et iudex qz non qz a iudicibus querenda est iudicij
ueritas ut dicitur Deuter. 17 / 2. qz homo de
bet conformare se iudicio diuino ut dicitur De
uter. 1. quod est secundum ueritatem. ut ha
bet Roman. 2. et de Christo domino Isai. 11. no
secundum auditum aurium iudicabit etc. /
3. qz ad id inducunt testes ut iudex cognoscat
ueritatem. ergo iuxta eam cognitam a se de
bet iudicare / 4. qz agere contra conscientiam.
et peccare / Sed in contrarium iudex esse August. super
psalterium / Dicendum qz iudicium fit publi
ca

ca auctoritate. ac proinde iudex debet pro-
ferre sententiam iuxta ea quę vult per
scientiam generalem legum. et probationes
et testimonia. et non secundum id quod si-
bi ut persona particularis est immorescit te-
net tamen distinctius merita causę discutere
Ad. 1. R. q. intelligit servato ordine iuris ut
ex textu colligitur. / Ad. 2. q. deus et christus do-
minus iudicant propria auctoritate. alij ve-
ro iudices auctoritate communis. / Ad. 3. q. in
manifestis iudicijs et alijs non requiritur iudi-
cialis ordo. ut dicitur 1. Timot. 5. alias erit ne-
cessaria iudicis discussio / Ad. 4. q. iudex ut sic
(et non secundum q. et privata persona) debet
confirmare conscientiam suam secundum ea
quę in publico iudicio sciri possunt.

Ar. 3. Vm iudex possit aliquem
condemnare etsi non sit ali-

quis accusator?

Et videtur q. sic q. iustitia Summa a divi-
na derivat. sed deus sine accusatore cō-
demnat. ergo / 1. q. sine accusatore po-
test multis modis peccatum devenire ad
notitiam iudicis. ut puta q. ipse iudit
aut per denunciationem. aut per infami-
am / 3. q. daniel. 13 ipse fuit accusator
et iudex trigusum senum.

Sed contra est Ambrosius. 1. corint. 5.
Dicendum q. iudex interpres est iustitię in-
ter partes. q. iustitia semper est ad alte-
rum. ac proinde ut habet alioy 15. sine
accusatore iudex condemnare non potest.
Ad. 1. R. q. deus utit conscientia peccato-

Summula D. Thome

accusatore et

ris protestatibz ut constat. Rom. 2. uel
euidenti facti. ut genes. 4. cum clama-
bat sanguis Abel. / Ad. 2. q. publica in-
famia bumbabee accusatoris uel dicit
glossa genes. 4. et denunciatus non ten-
dit ad punitionem, sed emendationem
delinquentis. iudex uero quamuis ui-
deat seruare tenet iuris ordinem. /
Ad. 3. q. deus iudicat ex propria notitia
ueritatis. et daniel ut executor diuini
iudicij. ex eius instinctu motus -

Ar. 4. Vm iudex sic te possit poena
relaxare?

Et uidet q. sic q. Iacob. 2. comminat iudi-
cium sine misericordia non facientem mise-
ricordiam / 2. q. in iustis iudicio confor-
mari tenemur deo. qui non uult mortem
peccatoris. sed. ut. e. et uiuat. ezech. 18 / 3
q. sic ut facere quod uni prodest. et nulli no-
cet.

Sed contra est auctoritas deuter. 13. de
inducente ad deos alienos. et deuter. 19. de
Somicida -

Dicendum q. cum iudex ferat sententiam
inter partes. et hoc non ut persona parti-
cularis. sed auctoritate publica si sit iudex
inferior. tum parti tum communitati rece-
ret si poenam relaxaret. supremus autem
iudex de consensu partis leges poterit poena
relaxare. nisi inde aliquod damnum se-
queret. q. sibi plenarie est auctoritas pub-
lica cōfissa. ut August. Matts. 19. dicit in
illa uerba, non haberes in me potestatem

Ad 1. R. q. illa misericordia locum habet
in his, quibus arbitrio iudicis relinquuntur
ut dicitur in 5. et sic / Ad 2. q. deus habet
supremam potestatem. et peccatum inde
principaliter habet q. sit punibile. q. est
contra ipsum / Ad 3. q. ex inordinata
missione poena. duplex damnium sequitur
ut dictum est 1.

Questio 68. De his quae pertinet
ad iniustam accusationem
in quatuor articulis divisa.

Ar. 1. Vm homo teneat ad accusandum
Fuit et q. non q. non excusarent ab hoc
precepto aliqui ob sua peccata (ne ex illis
cōmodum reportarent) quales sunt, ex
mercanti. infames et alij similes / 2. q.
hoc esset debitum ex charitate, et obligaret
omnes, sed 2. q. 7. per plura capita proba-
tur q. subditi non debent suos superiores accu-
sare, nec inferiores suos superiores / 3. q.
quandoq. esset contra fideltatem amicitiae
et ut dicitur pro v. 11. qui ambulat fraude
ter reuelat archaria, qui autem fidelis
est celat amicum suum / 4. q. 11. 11.
Sed contra leuit. 5. si peccauerit arguas eum
Dicendum q. denunciatio tendit ad emenda-
tionem fratris. accusatio uero ad puni-
tionem criminis. cum ergo crimen vergit in
deturmentum Reipublicae et potest quis il-
lud sufficienter probare tenet ad accusandum /
Ad 1. R. q. illud non est cōmodum reportare
sed prohiberi ab actibus virtutum / Ad 2. q.

non dicitur in lege
in reprobato

spirituale uel
corporale

Summula .D. Thomae

Subditi non criminati, cum sana intentione non prohibent prelatos et superiores suos accusare ut ibidem habet / Ad. 3. q. bonum commune preferendum est particulari. nec tunc agit contra fidelitatem et contra bonum commune non licet secretum recipere. nec omnino est secretum, quod per sufficientes testes probari potest ~

Ar. 2. Vm. Necessarium sit accusationem in scriptis fieri.

Et videtur quod non quia accusatio in presenti agit scriptura vero est ob futura / 2. q. 2. q. 3. dicit quod nullus absens accusare nec accusari potest. scriptura vero precipue est ut quod absentibus significet, ut dicit August. 10. de trin. / 3. q. in denunciatione scriptura non est necessaria ergo nec in accusatione. Sed contra est q. 2. q. 3. dicitur quod accusatorum personarum nunquam sine scriptura capiuntur

Dicendum quod nec a iudice memoria (qui inter accusatorem, et accusatum iudicare debet) ⁱⁿ accusatio ^{ne} dilabitur tempore dandi sententiae. necesse est ut in scripto fiat.

Ad. 1. Rex dicitur quod ob certitudinem et punctualitatem. necessaria est scriptura / Ad. 2. q. scriptura non solum ob absentiam personarum. sed ob temporis dilacionem necessaria est / Ad. 3. q. denuncia

quod et qualiter dictum sit ~

tu non compellit ad probandum, sed ec-
clesia et ea procedit ad fratris emenda-
tionem.

Ar. 3. Vm̄ accusatio reddatur
iniusta ob calumniam, Iniqua-
1. ricationem, & tergiversationem
& uidetur q. r̄. q. calumniatio quando
q. procedit ex ignorantia facti, que ex-
cusat / 2. q. ut dicitur 2. q. 3. peruari-
cari est uera crimina abscondere. hoc
autem non uidetur illicitum in omnibus
criminibus / 3. q. ut ibidem dicitur tergi-
uersari est inuicose ab accusatione de-
sistere, quod sine iniuria fieri potest
cum quem poenitente accusasse, q. probare
non potest, et cum accusatus innocente
uenit ut inuicem se absoluant.

Sed contra est quod ibidem dicitur ~~habetur~~
supradictis, q. accusatio temeritas tribus
dictis modis detegitur. " " " "

Dicendum q. in accusatione contingit pec-
catum dupliciter. Primo modo q. iniuste
agere contra accusatum calumniando,
Alio modo contra Rempublicam, et hoc
iterum dupliciter scilicet uel fraudem
in accusatione adhibendo per peruari-
cationem; cum nimirum uariando adiun-
gat quis partem contrariam; uel et aliter ab
accusatione desisteris, quod pertinet ad
tergiversationem, quasi tergiversando.

Ad 1. R. q. ad accusationem non procedit
nisi de re omnino certa, in qua non habet

Summula D. Thome

Locum ignorantia facti q. si procedat ex
Leuitate credulitatis. aut ex iusto errore. p^r
dentia iudicis examinaridum est / Ad. 2
q. non pignaricat nisi qui fraudulenter
uera crimina abscondit. collusionem fa-
ciens cum reo. / Ad. 3. q. tergiversari nō
est utriusq; ab accusatione desistere. sed
inordinate. alias enim. uel q. non uis se
false accusasse. uel q. imponit culpam
re. uel q. superius ad quem pertinet eam
absoluit. Licetum est ab accusatione desis-
tere.

Ar. 4. Vm accusator qui in pro-
batione defecerit teneat ad poe-
nam talionis?

Et uidetur q. non q. 2. q. 3. absolute qui ex
iusto errore accusauit / 2. q. illud esset
ob iniuriam in aliquem commissam non
in accusatum, q. sic princeps non posset ea
remittere. neq; in Rempub. q. sic accusator
non posset eum absolueret / 3. q. puniret
poena infamie (quam etiam Pontifex non
uidetur posse tollere ut innuit Gelasius Pap)
nullus autem bis puniendus est ob unum
peccatum. sicut dicit. Naxim. 1.

Sed contra. est expresse Romanus Papa
Dicendum q. iudex equalitatem iustitie
seruando inter accusatorem et accusatum
debet utrumq; eadem poena damnare. quam
accusato pretendit. iuxta illud deuter. 22
oculum pro oculo. dentem pro dente
Ad. 1. R. q. in illo casu non debet talionis
poena. q. dicitur ut dicit in. 5. ethic. ut

Sunt autem debet poena, in uis sunt autem uenia
 Ad. 2. R. q. propter utrumq; insurre enim in
 ferre accusato specialiter quam innocens pro
 ceat remittere; maxime si non calumnias
 se fuerit facta. Si tamen propter collusionem
 cum accusatore remissum sit iniuria Rej
 publici, quam solus Princeps remittere po
 test. Ad. 3. q. poena talis non respondet no
 cumento intentio contra accusatum: infama
 malitia. et princeps quidem, quando
 q; remittit poenam, et non abolet infamiam
 quamuis possit. Gelasius enim intelligit
 de infamia non ueris sed facti, uel q; non
 expedit ut tollat. uel loquitur de infamia
 inrogata per iudicem civilem ut dicit Gra
 tianus.

ut dicit. deut. 19

Quaestio. 69 De Peccatis quae
 sunt contra iustitiam in
 quattuor articulos diuisa.

Ar. 1. vñ absq; peccato mortali pos
 sit accusatus ueritatem negare
 per quam condemnaretur?

Unde q; non q; dicit Christus hominis no
 dico ut te prodas in publicum, neq; apud
 alium accuses. 2. q; merdauit officiu
 suum pro liberando alium a morte, non est
 peccatum mortale, ergo multo minus pro
 liberando se ipsum. 3. q; sic negans nec
 peccat contra charitatem dei, nec proximi
 sed contra ut q; omnia tenemur facere propter
 gloriam dei. 1. cor. 10. per confessionem ueritatis
 tuae factam dat gloriam deo ut in Actian. 1. sic

Summula D. Thomae

10. dicitur ergo. / Dicendum q. accusatus
tenet veritatem dicere iudici iuridice inter
roganti, in his, ad quos eius iurisdictio se ex
tendit. q. si non iuridice interroget. potest
vel per appellationem. vel aliter licite
subterfugere. mendacium tamen dicere
non licet.

Ad. 1. R. q. in illo casu non se prodit sed pro
dit ab alio. cui obedire tenet. / Ad. 2. q. menti
ri cum iniuria alterius non est mendacium
offensum. Secus autem mentiri autem cum
iniuria iudicis. qui iuridice interrogatus non
dicit veritatem. / Ad. 3. q. sic negans facit
contra charitatem deij. cuius est iudicium,
contra iudicem, et contra accusatorem qui
in probatione deficiet. vide glossam in il
lud psalmi ne declines virum in ver
mal. ad excusandas excusationes in pecca
tis. et Gregorium. 22. moral in illud Job
31. Si abscondi uelero peccatum meum.

Ar. 2. Vm accusato. Liceat ca
sumuose se defendere?

Et uidetur q. sic q. secundum iuracindia
in causa sanguinis licitum est quem
libet aduersarium tuum corrumpere
sed hoc maxime est calumniöse se de
dere. / 2. q. 2. q. 3. imponit poena ac
cusatori si cum accusato collidat. non
autem accusato cum accusatore collide
ti. / 3. q. ut p. 14. dicit sapiens timet
et declinat a malo. ergo quous modo per
sa

Sapientiam liberare se a malo non
est peccatum.

Sed contra est q, in causa criminali in
iuramentum de calumnia est prestandu
ut habeat extra de iuramento calum-
niar. inhiquentes.

Dicendum q, aliud est ueritatem tace-
re. et aliud falsitatem proponere. In cetero
non nunq, licet. illud autem (ubi iudicia
manifesta, infamia. uel semiplena pro-
bata processerint) sicutum est per me-
dia lingua et ueruerentia. non inter-
ueniente fraude, et dolo, q, uim obtinet
mendacii.

Ad 1. R. q, multa peccata (ut v. g. sim-
plex fornicatio) non puniuntur lege civili
que puniuntur diuino iudicio, de quibus
numerus est corruptus aduersarij in cau-
sa sanguinis / Ad. 2. q, et accusator cum
non sit accusato uel iudens peccat, et reus,
uel iudens cum accusatore non tenetur,
siue imponit a lege civili poena obzatio,
nem iam dicitur / Ad. 3. q, sapiens non
abscondit se calumniis, et perastutiam
sed per prudentiam.

Ar. 3. Vm Reo liceat iudicium
per appellationem declinare?
et uidee q, no. q, Rom. 13. dicit omnia
anima potestati sublimioribus subdita
sit. Sed eximit se per appellationem / 2
q. 2. q. 6. a iudicibus quos ^{dicit} ^{est} communis sensus

Summula D. Thomae

elegerit non liceat pro uicarij, ergo mi-
nus licet appellare a iudicibus ordina-
rij, quorum maior est potestas | 3. quod
quod est licitum semper est licitum, at
non licet appellare post decimum iudicem
nec tertio super eodem. ergo |
Sed contra est Paulus ad cæsarem appellas
actus. 25

Dicendum q, appellare calumniose et
causa afferenda non licet, ~~quia~~ q, fit
iniuria iudici. et parti. Sed appellare ex
confidentia iusta causa prudenter et hui-
te fieri potest ut fieri consuevit iuxta de
terminata. 2. q. 6.

Ad. 1. R. q, in tantum quis potestati infe-
riori subijci debet, in quantum illa ordi-
nem superioris seruat. ut constat ex glo
Roman. 13. non tamen licet catholicis ad
infidelem iudicem appellare q, non pre-
sumit esse rectitudinis ubi uera fides non
est. ut dicitur. 2. q. 6. et tales arguit Apost
tolus | Ad. 2. q, potestas arbitrarium iudici
pendet et uim habet ex consensu litiganti-
um, quise illi submisserunt, ac proinde
est dispar ratio | Ad. 3. q, equitas iuris sic
subuenit uni parti, q, altera non grauet
ac proinde appellanti datur sufficiens tempus
ad deliberandum, non tamen incertum
et nimis longum. ne altera pars grauetur
et maneat sine certitudine iudicium
nec per multum tertio super eodem appella-
re. q, non est probabile toties iudices a re-
to iudicio declinare.

Ar

Ar. 4. Vm liceat condemnato ad
mortem se defendere si possit?
et uideat q, sic qz non solum uiuentibz, sed
et inanimatis inest a natura, quod resis-
tant corrumpenti / 2. qz licet inest, et fuge-
re ab homine potestatem habente occiden-
di, ut dicitur. ezech. 9. sed hoc equiparatur resis-
tentiz. ergo / 3. qz pro. 24. cui libet de pro-
ximo liberari mandatur. dum dicitur. erue
est, qui ducunt ad mortem. ergo multo ma-
gis poterit quis se ipsum defendere!

Sed contra dicit Rom. 13. qui potestate re-
sistit dei ordinationi resistit subidamna-
tionem acquirens!

Ducendum q, iuste damnato ad mortem
licet se defendere; sic erim gerit contra iu-
dicem bellum iniustum. Si autem quis in-
iuste fuerit damnatus, licet se defendere
potest, qz inuadit tanqz a latronibz, ut di-
citur ezech. 22. nisi inde grauior perturba-
tio timeret.

Ad. 1. R. q, non quilibet defensio iust
licita. sed quae cum moderamine rationis
qua homo praeditus est ut ea quae sunt natu-
ralis rationis exequatur. / Ad. 2. q, nullus
condemnatus debet se ipsum interimere
nec tenet manere in loco unde ducatur ad
mortem, nec abstinere a cibo sibi ministrato
si damnatus fuerit ut fame pereat / Ad
3. q, locus ille non sic intelligitur q, quis se ipsi
aut alium possit a morte liberare contra
ordinem iustitiae resistendo > || || ||

Quaestio 70 De iniustitia pertine-
te ad personam testis in 4^{ta}

Articulos diuisa ~

Ar. 1. Vm homo teneat ad testi-
~ monium ferendum:

q. non.

et videtur quod celare veritatem est a testi-
monio ferendo abstinere. sed hoc fecit Abra-
ham. Pater de uxore sua iuramentum est, non
mentiendo. ut ait Augustus in questionibus
ingenues / 2. quod per 11. fidelis celare a
iuramentum commissum. ergo non tenet testifica-
ri maxime de secreto commissis / 3. quod de
reus et sacerdotibus prohibet ferere testi-
monium in causa sanguinis. ergo:

Sed contra est Augustus. dicens quod veritatem
occultans. et proderis misericordiam
ut ergo reus est.

Dicendum quod cum quis seruato iuris ordi-
ne interrogat a iudice ut per adema-
nifestus. aut de quibus infamia processerit
tenet testimonium ferre. Si vero non in-
terrogat et immineat periculum gra-
de alium tenebitur (sine suo grauidam-
no) testificari in fauorem rei. non in fa-
uorem accusatoris nisi a iudice compul-
sat. tunc enim aliter sibi impulerit
damna emergentia in quibus se iniecit.
Sicut ex illo psalmo in istant. eripite
pauperem. et egenum de manu peccato-
ris liberate. et per 24. et Rom. 1. in
glossa ibi.

Ad 1. Per quod procedit cum testis non com-
pelle. vel occultatio veritatis non est alibi
specialiter damnosa / Ad 2. quod quod si in-

tur subsecrta confessionis nullatenus
sunt propalanda, qz est diuini precep-
tum. de alijs vero alias subsecrta co-
missis si sunt contra salutem spirituale
aut corporalem immunitatis, uel uitam
pudice personę statim tenet quis perse
uel per alium et hominum forte alias
non etiam superiorum mandante, qz for-
ta est uis precepti naturalis, de secretis
seruando / Ad. 3. q. illud et hominum
ferre ministris altaris minime licet ut
dictum est

Ar. 3. Vn testimonium duorum
uel trium sufficiat

et uidet q, non alias enim uerba. 3.

reg. 21. q. nabsis ad dictum duorum testiū falso

uideri natus est / 2. qz quando qz disce-

dant duo uel tres de aliquare testifican-

tes / 3. qz ut dicitur. 2. q. 5. Presul. Presbiter

Diaconus cardinalis, et alij ministri ecc-

lesie nisi cum berge manu testimoniu

mer non damnant. et tamen eorum pec-

cata sunt magis uicina /

Sed contra dicit deuter. 17. et 19. in ore

duorum uel trium testiū stat omne

uermum.

Dicendum qz in omnibus Ceteris in

1. eccle) et demonstrata certitudo pos-

tulanda. et maxime in iudicio, quod uer-

sat circa contingentia uariabilia a pō-

inde cum diu p̄ualeant unius. et ter-

razus dicat perfectiorem principij scilicet

et

ut patet in principio, medio et fine, immo
et per se ferat trinitatis firmitatem
ut Augustinus dicit Ioan. 8. et ex il
lo eccly. 4. colligitur firmitas triplex
difficile rumpit. duorum testimonium
cum accusatore. uel ad maiorem per
fectiorem trium testimonium sine dubio
sufficiens est.

Ad. 1. q. et in pluribus possit falsitas
reperi. non tamen certitudo duorum
uel trium in temeraria est / Ad. 2. q.
discordia testimonium in hoc tempore. aut
personis prejudicat testimonio. non ta
men in alijs pluribus circumstantijs il
lud eneruat. in pari autem certitudinis
gradu statim prores. nisi forte in causis fa
uoralibus ut in causa libertatis et eiusmo
di attendere autem debet iudex in pari
numero testimonium ^{et} uel dissensu nec eorum
cui parti sit standum, uel ex numero
uel ex dignitate eorum. uel ex fauora
bilitate cause. discordia autem in cir
cunstantijs non pertinet ad negotium
non tollit efficaciam testimonij. immo
quandoq. iuuat ut Chrysostomus dicit
super mattheum. q. si etiam inimici
is commendarent uiderent ex cordibus eu
dem sermone profere / Ad. 3. q. illud pre
ceptum licet habet in clericis ecclesie
Romane ob eorum auctoritatem. eccle
sie dignitatem. et presumptionem de
uocari sanctitate.

testibus

^ Firmius est et
se singularis

^ uel ex modo de
ponendi q. ocula
ti sunt omnino
auribus preferendi

Ad. 3. vni alicuius testimonium sit
absque culpa repellendum?
et

videtur quod non quod imponit tanquam poena. ut
constat in his qui notantur infamia / 2. quod
de quo libet presumendum est bene. nisi ob
culpam appareat contrarium / 3. quod ad ea
quae sunt de necessitate salutis (sicut tes-
tificari videtur) nullus redderit in do-
neus nisi ob culpam.

Sed contra sententia Gregorius. 2. q. 1. de servis
qui accusaverunt episcopum.

Dicendum quod certitudinis certitudo cum non sit
infallibilis potest enervari. aut ob culpam si
aut in infidelibus, infamibus, et publicis cri-
mine notatis. vel absque culpa ob defectum
rationis ut in pueris, amentibus, et mulieri-
bus et ob affectum ad partes inclinationem ut in
inimicis, coniunctis, et domesticis. et etiam
servis et pauperibus de quibus propter crediti-
onem personae presumi potest, quod facili possit
induci ad testimonium ferendum.

Ad. 1. Quod illa magis est cautela quam poena

Ad. 2. quod cum bona presumptio proximi
est ad liberanda cautela ne testis damnificetur
Ad. 3. quod illud est de necessitate salutis sup-
posita testis idoneitate servato iuris ordine.

Ar. 4. Vnde falsum testimonium sit
semper peccatum mortale?

videtur quod quandoque procedit ex ignorantia
trafacti, quae excusat a culpa / 2. quod saepe
videtur posse ferri officiose pro aliquo liberando
vel a morte. vel a testibus iniquis. a iudice
vel a damno / 3. quod iuramentum idem pe-
tat ut iurans timeat peccare mortaliter de-
iurando. ergo non semper est mortale si deie-
ret / Sed contra pro. 12. falsus testis non erit
immunus / Dicendum quod falsum testimo-
nium

et sic Ioannes. q.
dicitur vobis om-
ni spiritui credere

um Sabie (sicut cum iuramento) triplicem
deformationem primam mortalem ex periurio
Secundam mortalem etiam ex genere quod
contra iustitiam proximi et sic prohibetur ex
q. 20. et tertiam ex mendacio et sic non
semper est peccatum mortale

Ad 1. R. quod illud non est falsum testimonium
cum perse, sed per accidens contra intentionem

Ad 2. q. in illo casu non est culpa ex parte in
iustitiae sed ex parte iuramenti violati

Ad 3. q. qd. homines magis horrent peccata contra
deum q. contra proximum, ideo ad firmitatem testimonij
iuramentum postulat.

Quaestio 71. De iniustitia qua fit
in iudicio ex parte advocatorum
in quattuor articulos diuisa.

Ar. 1. Vni advocatus teneat presta-
re patrocinium causa pauperum?

R. Ideo q. sic. q. ex od. 23. iubemur levare
asinum iacentem subonere, quod minus
momenti est / 2. q. ad id iudicium esse Gregorius
in quadam Epistola. et Matt. 25. Manda-
vit non abscondere talentum in utilita-
tem aliorum / 3. q. misericordiae opera qua
se istud est obligant pro loco et tempore sumi
si. Sed contra est q. non in omni necessita-
te cibare tenemur egentem quod maioris ne-
cessitatis est.

Dicendum quod ut ait Augustinus in 1. de doct.
Christiana opus hoc misericordiae sicut et alia
obligat pro loco et tempore, et rebus occurre-
ntibus ut dicitur deuter. constat ex od. 23. et
1. Joannis 3. et 1. ad Timot. 5. Unde advo-
catus non tenet semper nec per omnia loca

nec

nec in omnibus negotiis pauperum causas a
gere cum aliunde eis subveniri possit et de
beat. abbas enim alius solus non sufficeret. et
idem duendum est de medico quantum ad
curatum nem pauperum.

Ad. 1. R. q. tunc occurrit necessitas / Ad. 2

R. ex dictis / Ad. 3. q. nunquolibet necessitas
inducit cuiuslibet subveniendi debitum ~

Ar. 2. Vm. convenienter aliqui se
cundum iura arceant ab officio ad
vocandi?

Et videtur q. non q. est altus misericordie / 2.
q. contra iuram causarum non videtur posse
esse eundem effectum. sed arceat religiosi
et clerici q. dediti divinis rebus. ergo non de
bent ab advocando arceari infames et here
tici q. dediti peccatis / 3. q. debent omnes
proximum diligere sicut seipsum. ergo qui
dam qui possunt advocare pro se possunt et
pro proximis.

sed contra iuram habet. 3. q. 7. ubi multi ab
officio advocandi arceant.

Dicendum q. ab officio advocandi impediuntur propter
impotentiam infirmos imberbes. surdy. et
muti tam pro se q. pro alijs. Alij vero impe
diunt ob indecentiam officij ut presbiteri. et
monachi. vel personarum defectum corporalem
vel spirituales ut egri infames. infideles
et de gravibus criminibus condemnati. in qui
bus q. indecentia propter necessitatem tot
si potest ea stante pro se et pro ecclesia et per
sonis subiunctis possunt clerici advocare
et etiam monachi. si Abbas preceperit.

Ad. 1. R. ex dictis q. non omnia omnibus de
cent / Ad. 2. q. sicut virtus corrumpitur per ex
ces

cessum et defectum. sic quidam ab adu-
cando prohibentur quod maiores officio quiddam
quod minores / Ad. 3. quod maior necessitas im-
minet cuiusque patrocinandi pro se, quam pro
alio. qui aliter de poterit sibi subvenire /

Ar. 3. Vm peccet advocatus si
iniustam causam defendat?

et videtur quod non. quod nec medicus peccat cu-
rando desperatam infirmitatem. immo
in eis suam peritiam ostendit / 2. quod ad-
vocatus. 2. quod 3. primum si causam quam
suscepit defendendam perdidit. ergo
in omni causa tenetur illam defendere /
3. quod licet (sicut et ex insidijs adozii)
falsas leges et testes inducere ad iustam
causam defendendam. quod est pecca-
re in forma. ergo et illud licebit. quod est
solum peccare in materia.

Sed contra dicitur. 1. paral. 19. impio pro-
bens auxilium inam deis merebatur

Dicendum quod advocatus in iustam causam
defendendo graviter peccat et ad restitu-
tionem damni alteri parti illati. ex su-
o consilio et favore tenetur. si scienter
fecerit. quod si ignoranter iniustam causam
defenderit. excusabitur iuxta modum
quo ignorantia excusari potest /

Ad. 1. R. quod medicus ubi nullifacit in-
iuriam ad advocatus vero sic et quam-
vis ostendat peritiam artis ab utroque pro-
deris iniustitiam voluntatis / Ad. 2. quod

causam quam in principio iustam credi-
dit cum primum repererit iniustam de-
serere tenet. non proferendo alteri parti
sed alumnus ut desistat. aut se cum al-
tera parte sine ipsius damno compro-
nat / Ad. 3. q. licet aduocatus defendere
causam iustam occultando ueritatem
sed non utendo falsitate, et sic dicitur uti
insidijs. nam et hostib; ut dicit Iulius
in. 1. de officijs fides seruanda est ~

Ad. 4. vñ aduocatus licet pro suo
patrocinio pecuniam accipere?
Et uidetur q. non. q. est opus misericordie
pro quo fundebimus remuneratione
expectare a recipiente. ut constat in
14. ubi pauperib; et impotentib; retribu-
ere, inuenitur inuitare ad ueram ~
2. q. patrocinium iuris est quod spiri-
tuale, quod pro temporalib; commutari non
potest / 3. q. sicut Augustinus dicit ad
macedonium. nec iudex sententiam
iustam, nec testis iustum testimonium
uendere potest.

Sed contra est Augustinus ibidem de
aduocato et iuris perito loquens.
Dicendum q. cum iudex non tenet patro-
cinium aut consilium dare potest re-
compensationem accipere iuxta condi-
tionem negotiorum personarum. Laboris
et. et laudabilem patrie consuetudinem
alias peccabit contra iustitiam. maxi-
me si immoderate extorqueat nam et
tunc

tunc repeti ab eo potest! Et idem dicendum
est de medico curante.

Ad 1. R. q. non semper tenet gratis pabo-
rum impendere. Sed cum gratis et mi-
sericorditer facit divinam non huma-
nam remunerationem expectare. Ad
2. q. usus scientie fit opere corporali re-
compensatione digno. Ad 3. q. testes
et iudices sine utriusque partis iniqui-
tate auctem, et turbita non debent
in alteram partem declinare. testes vero
qui ab altera parte presentantur remu-
nerationem accipiunt non in precium
testimonij. Sed in stipendium laboris.
q. nemo proprijs stipendijs militat. ut
dicitur 1. corinth. 9.

- Questio 72. De iniurijs
horum qua inferuntur ex
transitum in 4 ar-
ticulos diuisa.

Ar. 1. Vm contumelia consistit
in verbis.

Et uidet q. non q. pertinet ad iniusti-
tiam per quam fit nocuumtum pro-
ximo. Verbis autem nullum nocuum-
mentum inferre. 2. q. pertinet ad
quamdam dehonorationem. hęc au-
tem magis consistit in factis. 3. q. dif-
ferre a conuictis et improbis, quę in
subire in verbis. Sed contra. Et quædi-

tu percipit iuxta illud Hierem. 29. au-
divi contumelias in circuitu.

Dicendum q. dehonorare contingit dupli-
citer uno modo privando aliquem ex-
cellentia que ipsum dignum honore
facit. et hoc fit factis. alio modo dedu-
cendo in notitiam aliorum id per quod quis
dehonorat. et hoc fit signis. inter signa
vero principatum tenentur tres ut dicit
Augustinus. in. 2. de doct. christiana et
Isidorus lib. etym. ait q. contumeliosus
est q. uelox et tumens verbis iniuria.
et proinde contumelia proprie in verbis
consistit. in factis autem prout etiam
sunt interioris conceptionis signa. se-
cundumq. Roman. 1. et glossa ibi de-
clarat

Ad. 1. Pr q. sonitus verborum non nocet
nisi parum prout scilicet nimis quis per-
trepit et auditum offendit. sed verba ut
signa mentis offendunt. et famam. et re-
verentiam personarum | Ad. 2. q. facta ut
habent vim verborum in significando
pertinent ad contumeliam | Ad. 3. q. om-
nia illa et si differant in verbis consistunt
differunt autem q. contumelia pertinet
ad culpa defectum. convitium ad defec-
tum culpe et corporis. improprium ad-
quamcumq. notam minorationis in re
personis vel solita personarum. ut dicit eccly.
29. quamvis aliquando indifferenter
aliud pro alio accipi consuescat.

Ar. 2. Vm contumelia seu convi-
tium sit peccatum mortale.

Et videtur quod non quod audaciam mittit con-
 uitantis. / 2^o quod tenemur contumelias il-
 latas alijs retundere. ut innuie psal-
 26. ergo multo magis illatas nobis. / 3^o
 quod uindicta prohibet nobis a Christo do-
 mino. sed Christus non ait si uindictam
 uis scire. et funestam ei dedit plagam -
 sed contra est illud psalmi. aduersum
 me locuti sunt uanitates. ego autem tam-
 quam surdus non audio. et sicut mutus non aper-
 suum.

Verborum

Dicendum quod in animo debemus habere
 preparationem ad contumelias sufferen-
 das sicut et ad ea que contrarium factus si-
 unt. cum expediens fuerit. inuitamen-
 semper in actu silendo aut consentiendo
 sufferre. ut Augustinus exponit in lib. de
 serm. domini. nam et ipse dominus tan-
 to danti alapam non respuit alteram
 maxillam. sed respondit dicens uer me
 cedis. quia inuitis quardamque expedit con-
 tumeliam illatam retundere. ne conuiti-
 ans stulte offerat. ut innuie psal. 26. et
 ne nota infamie foedet iniquem contu-
 meliaferre si est homo uult exemplaris ut
 dicit Gregorius super ezechiel. L. mat. 9.
 Ad. 1. Per ex dicitur / Ad. 2. quod repimere ali-
 enas contumelias magis ostendit charita-
 tis affectum / Ad. 3. quod tacere eo animo uocato
 uitiatis ad iracundiam prouocet. pertinet
 ad uindictam. sed non si taccat ut dicit Co-
 rus inq. ne similis stulto efficiatur ut dicit
 eccl. 8. Ar. 4. Vm contumelia oriat
 ex ira. VVA. BHSC e.

Summula .D. Thomae

Et videtur quod non quoniam immo ex superbia iuxta illud psalmi .10. ubi superbia ibi contumelia / 2. quod psalmi .20. dicitur quod omnes stulticia contumelias miscere. ergo oritur ex stultitia sapientiae opposita / 3. quod gravitas peccati non minuitur ex sua causa. minor autem est contumelia. ex ira. quod ex odio. ergo. Sed contra est expresse Gregorius in .31. mora suam.

Dicendum quod contumelia principaliter oritur ex ira, quod maiorem habet propinquitatem ad finem irae. qui est vindicta.

Ad 1. R. quod principaliter oritur ex ira quam ius superbia ad contumelias inferendas disponat. quod quis se superius existimat facilius alios contemnit / Ad 2. quod oritur etiam ex stultitia ob affinitatem. quam habet cum ira / Ad 3. quod dicitur. 20. rethorice. iratus intendit manifestam offensam. quam importat contumelia. non sic autem illam intendit odians.

Philosophus.

Quaestio .73. De Detractione in quattuor articulos diuisa ~

Art. 1. Vm detrahitur conuenienter de finibus quod sit denigratio alienae famae per verba occulta.

Et videtur quod non quod occultum et manifestum non mutant speciem. et per consequens non pertinent ad rationem peccati / 2. quod ad rationem famae pertinet publica notitia. ergo et verba publica / 3. quod etiam uerba crimina pandentes denigrant famam. et

tamen nihil detrahitur siue subtrahitur,
 sed contra dicitur eed. 10. ubi detrahens ser-
 penti in silentio mordenti comparatur.
 Dicendum q. contumeliosus parvipendet
 eum in quem verba profert, et manifeste
 contra eum loquitur ledens eius honorem.
 detractor autem eum de quo detrahit re-
 verec. et occulte lingua mordet ledens fa-
 mam ipsius.

Ad. 1. Pr. q. in nocentis illatus proximo iij
 uel occulte iniuriarum voluntarij ut dic-
 tum est de rapina et furto / Ad. 2. q. verba
 detractionis dicuntur occulta respectu eius de
 quo detrahitur. possunt enim dici coram mul-
 tis / Ad. 3. q. detractor non dicit q. diminu-
 at de veritate, sed q. diminuit de fama. et
 sic uel directe. uel indirecte. directe quidem
 quadrupliciter, nimirum uel falsum im-
 ponendo. uel peccatum ad augendo. uel occu-
 tum reuelando. uel bonum quod quis fecit
 minus in teritum tribuendo. indirecte
 uero. uel negando bonum alterius, uel ma-
 litate reticendo. uel minuendo.

Ar. 2. Vm Detrahitio sit peccatu
 mortale?

Respondetur q. non q. est actus caritatis de-
 bere peccatum ad correctionem, et est ac-
 tus iustitie accusare ad punitionem 2^o
 q. glossa p. v. 24 in illud cum detracto-
 ribus ne commiscearis. dicit Scuitro pericula
 in omni genis humanum. sed multi sunt q.
 non peccant mortaliter. ergo / 3. q. Augusti-
 ni

Summula D. Thomae

tinus in Summula de igne purgatorio in
terminata peccata ponit quando cum
vni temeritate vel facilitate male
dicim.

Sed contra Rom. 1. Detractores deo odibiles
et ibi glossa.

Dicendum q. detractio ^{cum} perse fit et ex intē
tione denigrandi famam (que preciosior
est auro ut dicit eccl. 4.) peccatum ma
tale est. ~~scilicet facta ex animi levitate.~~

q. si quis ob bonum debitis circumstantijs
servatis ~~per hanc formam~~ de aliquo mi
nus bene loquat formaliter loquendo nō
detrakit. sed materialiter, et nullum
cōmittit peccatum. si autem ex animi le
uitate illud faciat erit peccatum ierria
le nisi materia adeo gravis sit (precipu
de morum honestate) ut proximi fama
notabiliter laedat " " " " "

Ad. 1. R. ex dictis q. illud non est detra
here. Ad. 2. q. glossa non omnes, sed pe
ne omnes includit, q. stultorum infirmo
rum numerus. et qui in verbo non offendit
rarus et valde perfectus est vir. ut dicitur
Iacob. 3. Ad. 3. q. Augustinus intelligit
de leuimalis sine intentione nocendi. ex
animi leuitate, aut lapsu lingua.

Ar. 3. Vm detractio sit grauius
omnibus peccatis, que in proxi
mum cōmittuntur.

Et videt q. sic q. glossa in illud psalmi pro
eo. ut me diligerent detrahebant mihi dicit

illam grauius esse peccatum q̄ Somnicidium
 2^o. q̄. q̄ grauius uidet q̄ contumelia et
 hoc grauius q̄ adulterium. ~~et sic hoc loco~~
^{unite} ~~duos~~ in carne una contumelia uero
^{unite} ~~duos~~ ad inuicem dissecat et disperdit | 3^o
 q̄ detractus oritur ex inuidia que grauius
 peccatum est, q̄ ira a qua procedit contu-
 melia. et sic idem quod prius | 4^o q̄ detrac-
 tus inducit grauissimum defectum ut di-
 cit gregorius scilicet mentis exsecratione,
 sed contra est q̄ grauius est peccare factis
 n. q̄. Somnicidio et factis, q̄ peccare uerbis |
 Dicendum q̄ in commentum quanto grauius
 et que maiorem grauitatem peccati bona
 autem in quibus Somnificat auersum
 anime. et in his nisi occasionaliter ledi non
 potest. deinde sequuntur bona corporis in qui-
 bus per Somnicidium quod tollit uitam. et
 adulterium quod tollit ingressum ad eam
 damificantur Somines ac prorsus se subse-
 quuntur in grauitate. deinde sequuntur bona
 exteriora. inter que primum sibi locum
 deat fama. ac prorsus detractio succedit
 in grauitate adulterii. sed precedit furtum
 Ad. 1. q̄. q̄ procedit de detractibus membris
 Christi spiritualibus. quod pertinet ad blasphemiam
 meam | Ad. 2. q̄. grauitas adulterii non pensat
 ex coniunctione corporum. sed ex deordinatione
 humane generationis. contumeliosus non suffici-
 enter. sed occasionaliter tantum causat inimici-
 tiam. et diuidit unitos | Ad. 3. q̄. ex minoribus ut
 testis omni maius peccatum. et sic ex ira nascitur
 Somnicidium. et blasphemia: cuius ratio est. q̄. ori-

(quoniam con-
 tumeliam po-
 test Somnificare
 pellere.)
 ut Gregorius
 ait. 31. mor.

ab alio

in quibus fidem
 restant tollere in
 offensa diuinita-
 tis.

Summula D. Thomae

go peccatorum attendit, secundum inclina-
tionem ad finem, quod est ex parte conversionis
gravis autem peccati attendit ex parte aver-
sionis. Ad 3. q. qz homo ut dicitur pro. 15. le-
tat in sententia oris sui. qui detrahit incipit
magis odire proximum. et magis recedere a
cognitione veritatis: iste tamen effectus se-
quitur etiam potest ex alijs peccatis, que pertinent
ad odium proximi.

Ar. 4. Vm audiens qui tolerat detra-
centem graviter peccet?

Et videtur quod non qz non magis tenet alij qz sibi, sed
ut dicit Gregorius 2m. q. in ezechielem lin-
guas detrahtis in nos. sicut non debemus ex-
citare. sic debemus excitatas equanimiter to-
lerare. 2. qz quandoqz vere detrahit de ali-
quo sed ~~passive~~ ^{active} non resistas ullomodo verbis ^{ecclie}
veritatis. 3. qz ut Pius Papa ponderat detrac-
tio bonus est utilis. et eos humiliores. et cautiore
reddit. ergo non est impedienda.
Sed contra est Hieronymus cave ne detrahentes
audias.

Dicendum qz ut habet Rom. 1. non solum qui
faciunt. sed et qui consentiunt facientibus dig-
ni sunt morte. hoc autem potest contingere vel
directe scilicet inducens ad detractionem. vel
indirecte in ea. aut indirecte non resisten-
do (hoc est mortale in eo qui competit impe-
dire cum possit et debeat) si autem ex timore
negligentia. aut vere curia omittat erit ve-
niale.

Ad 5. Ar. q. in cuiusvis arbitrio est detractiones
de se factas cum ad eius notitiam pervenerint

Lex

Et hoc e quod passim
e detrahtor ut
dicit Bernardus

Lesare nisi redundet in detrimentum aliorum ut
 supra dictum est. non tunc autem est de resistē
 do cum detrahit de alijs. unde deuter. 22. pro
 cipimus asinum alienum sub onere iacentē
 subleuare. Ad 2. q. in illis casu non tenet au
 diens de falsitate detractionem conuincere aut
 arguere. sed blande monere ut desistat a de
 tractione; uel per testatam uultu q. sibi de
 tractione discipliceat ostendere. ut dicitur psal. 25.
 Ad 3. q. illa ualitas non est ex intentione de
 tractionis, cui est resistendum, sed ex desordina
 tione.

Quaestio. 74 De susurratione
 in duos articulos diuisa.

Ar. 1. Vm̄ susurratio sit peccatū
 distinctum a detractione?

Et uidetur q. non q. ut dicit Isidorus lib. 6. et 5
 susurro de sonis loquutionis ad aurem et in
 infacie detrahentis dicit. 2. q. leuit. 19
 dicit non eris criminator, nec susurro in
 populo. id est detractor^{qui} et susurro. 3. ecd.
 28. dicit susurro^{qui} et bilinguis maledictus
 erit. sed bilinguis uidetur esse idem q. detrac
 tor. aliter loquens in presentia aliter in
 absentia ergo.

^
 Sive detractionis

Sed contra est glossa. Rom. 1. susurrantes
 serens est. qui inter amicos discordiam semi
 nant.

Dicendum q. detractor et susurro conueniunt
 in forma et materia. ac proinde alter pro altero
 recipi solet. ut dicit glossa. ecd. 1. differunt
 tamen in fine intentio. q. detractor inter
 dit

Summula .d. Thomae

ut denigrare vel minueres famam al-
terius. susurro autem seminare discordi-
am, et dissolvere amicitias, ut colligitur
ex glossa pro v. 26. et ecclij. 28 // Ad. 1.
R. q. susurro est quid dicit etiam bonum dis-
plicens alij, q. principaliter intendit
amicitiam dissolvere / Ad. 2. q. crimina-
tor differt a susurrore, et detractore, q. est
qui publice crimina alijs imponit // Ad
3. q. bilenguis proprie est susurro uel dicitur
ecclij. 28.

Ar. 2. Vtrum detractio sit grauius
peccatum q. susurratio?

Fundetur q. grauius sit detractio, q. semper
est de malo, susurratio ^{uero} de quocumq. ami-
citiam dissolvente / 2. q. detractio ut pote
auferens famam auferit multorum amici-
tiam, susurratio auerem solum amicitiam
unius / 3. q. uel dicitur Iacobi. 3. detrahens
fratri detrahit legi ac ex consequenti des-
regulatri, susurratio uero est solum con-
tra proximum.

Sed contra q. maior impregatus fit contra
susurratorem, q. contra detractorem ecclij.

5. Dicendum q. susurratio grauius pecca-
tum est, q. detractio et etiam q. contumelia
q. auferit maius bonum scilicet amicitiam sine
quibus uita peragi non potest uel dicitur in. 8. et
ex quibus uel dicitur ecclij. 6. nulla est compa-
ratio, fama enim ob habendos amicos expe-
tit, et melius est amari, q. honorari uel dicitur
locutus est Hieronimus // Ad. 1. R. q. susurra-
tio ex parte finis est grauior, quam detractio

ab aliquo

~~fama~~
amicitiam

quandoq; peiora dicat / Ad. 2. q. infamia que causat a detractore
 est dyssidens ad inimicitiam, ac per hoc est
 querens gravior est susurratio / Ad. 3. q. susurratio
 ratur gravior est qz contra amicitiam pro
 ximi. et charitatem deij. ac proinde magis
 contra legem ipsius. et magis detestabilis
 ut dicitur pro v. 6. (tunc
 quoniam ex
 susurratione

Quæstio. 75 De Derisione in
 duos articulos divisa,

Ar. 1. Vm derisio sit speciale pec-
 catum ab alijs distinctum?

Et videtur q. non qz subornatus est derisio,
 et subornatus pertinet ad contumeliam //
 2º q. nullus deridet nisi ob peccata. que
 si manifeste dicuntur pertinet ad contumeli-
 am. si occulte ad detractorem / 3. q. per
 derisionem non inferre damnum distinc-
 tum ab honore. fama. vel amicitia. argo.
 Sed contra est q. derisio ludo et non serw agit
 Quodum q. qz per derisionem intendit
 nocumertum erubescere distributum a
 prodictis. id est est speciale peccatum.

Ad. 1. q. ulla differunt solum in modo qz
 derisio fit ore et baguinus. subornatio ve
 ro naso rugato, et conueniunt in fine a fine
 contumelie distributo / Ad. 2. q. derisor cumu-
 neat cum alijs vitijs in materia. sed differit
 in fine / Ad. 3. q. per derisionem intendit
 erubescere et confusionem conscientie al-
 terius. qui est finis ab alijs prodictis finibus dis-
 tinctus

in pro sine

non in fine

Summula d. Thome

Ar. 2. vni derisio possit esse mor-
tale peccatum?

Et videtur q. non q. agit per modum ludii in-
ter amicos | 1. q. nec omnis derisio inde-
um est mortalis. talis enim est repetitio ve-
nialium de quibus quous doluit ut in multis
dicitur. et quilibet simulatur (ut ait Gregorius
in moralibus) qua deridet equus. et est homo
iustus. et ascensor id est deus. | 3. q. nec om-
nis contumelia aut detrahitio (que grauius
res esse videtur) est mortalis.

Sed contra psalm. 3. ipse deridebit (i. generaliter
punitur) illusores iuxta illud dominus ^{psalm.}
iridebit eos.

Dicendum q. derisio fit de aliquo mala vel de
fatu personae quod q. ut paruum accipit di-
citur fieri per modum ludii. paruum autem
potest intelligi vel in se. et sic illusio aut
derisio est venialis. vel ratione personae et
sic est parvipendere eam in eo quod grauius est
quam contumeliam vel contumeliam inferre
quod fit seruo. crescit autem grauitas derisionis
ex persona que iridet. unde grauius est
seruo dei. ut dicitur Isai. 37. deride iriditum pa-
rentum. psalm. 35. et post eam derisio in
ut habet. Job. 12 " " " " " "

Ad 1. q. q. ludus potest importare aliquid con-
tra eam charitatem respectu eius de quo est ludus
quis non importat. respectu eius cum quis ludet
Ad 2. q. illa derisio non est formalis sed veluti
interpretativa. et dispositiva | Ad 3. q. licet se
concordum

se deus sit minus grauis. sic tamen graui
in q3 contumelia ut dictum est.

Quaestio 76 De maledictione in quattuor articulos diuisa

Ar 1. Vm liceat aliquem maledicere?
¶ videt q non qz Rom. 7 dicit benedicite et
nolite maledicere / 2º qz deus est benedicen-
dus ut dicit dan. 3. ac non potest ex eodem
re procedere maledictio et benedictio ut dicit
et iacob. 3. / 4º qz nec diabolus est maledi-
cendus dicit enim. eccl. 21. cum maledicit
impius diabolum, maledicit ipse animam
suam / 5º qz ut glossa dicit numer. 23 no
potest esse iusta maledicendi causa ubi peccā
tus ignorat affectus, sed nulli vult ac de
alterius intentione, ergo /
Sed contra. deut. 27. maledictus qui non
permanerit in omnibz legis. et 4. reg. 2.
Heliens maledixit pueris.

3º qz nec malū
culpe nec poenę
est optandum ali-
cui. immo pro
omnibz debemz
orare -

potest
setupli-
citer sci
licet

contra

Dicendum q maledicere est malum dicere. et
sc̄ uel per modum enunciativus et per Ver-
bum indicativus. et sic non est aliud q3 malū
referre. et sic modus pretermittendus. Secun-
do et tertio modo contingit per modum causę
imperativus. aut optativus modo, et sic male-
dicere, malum aliquem intendendo est illi-
tum. si tamen quis alteri malum imperet
uel optet sub ratione boni. uel iusti ut iudex;
uel utilis ut ab alio malo proximus liberet. uel ut melioret
suum est maledicere, ut faciunt iudices, et
anathematizandis ecclesia / Ad. 1. et 2. Per

ex dictis

Summula d. Thomae

(quod patet male
dicendus est ut
dicitur Job 13)

Ad 3. q. optare alicui malum sub ratione
boni confirmat affectui, quod quis alteri op-
tat bonum) Ad 4. q. peccatum maledicere dia-
bolo quod ad culpam seipsum maledictione
dignum ostendit, natura vero diaboli quod a
deo et bona est maledicenda non est) Ad
5. q. ex peccatis manifestis colligitur quis de-
beat maledicere; et sic maledictus a deo se-
cundum reatum presentis culpa.

Art. 2. Vtrum liceat creaturam irratio-
nalem maledicere?

Fuiderit q. non quod nec culpa, nec poena est
capax) 2. quod nec natura diaboli est ma-
ledicenda) 3. quod ut ait Gregorius in 4. mo-
ralium, maledicere non existenti, si q. te-
pori est occisum, maledicere vero ceteris in-
aturis existentibus vitiosum. ergo)

Sed contra dominus Matth. 12 maledixit fi-
culneq. et Job. 3. maledixit diei suo.

Dicendum q. creatura irrationalis propter
quendam secundum se non sunt alicuius bo-
ni vel mali capaces, nisi prout ordinantur
ad creaturam rationalem scilicet hominem
et sic tripliciter primo per modum subvertenti-
onis, et sic terra maledixit genes. 3. et heresia
benedicunt deuter. 28. / Secundo per modum
significationis, et sic fructus infra fructus
maledixit quod significabat populum iudaeum,
Tertio creatura irrationalis ordinat ad rationa-
lem per modum continentis scilicet temporis
et sic Job maledixit diei natiuitatis
sue

suę. ob culpam originalem ac tempus eius -
 et dauid maledixit montibz gelboe, obce
 dem ibi populifactam. maledicere ergo cre-
 aturis irrationalibz secundum se ipsas est
 oculosum. prout autem sunt creature deę
 est peccatum blasphemie. et ex his patet
 solutio ad argumenta).

Ar. 3. Vm maledicere sit peccatum
 - mortale.

Et uidet q. non q. Augustinus in lib de igne
 purgatorio connumerat eam inter leuia pec-
 cata | 2. q. sepe ex leui motu mentis pro-
 cedit | 3. q. malefacere est grauius. et tamē
 non semper est peccatum mortale |

Sed contra est q. s. conit. 6. maledici exclu-
 dunt a regno deę.

Dicendum q. maledicere imperando uel spū
 domalium alterius est contra charitatem
 et ex consequenti ex suo genere peccatū
 mortale. tanto grauius quanto personā
 quam maledicimus magis reuereri tene-
 mur. ut leuit. 20. constat. contingit tamē
 maledictionem esse peccatum ueniale uel
 ob paruitatem magis impetrati; uel ex par-
 te affectus. q. procedit ex animi leuitate
 ex ludo. aut surreptione. ex quibus pecca-
 ta uerborum pensari solent. et ex his pa-
 tet Responsio ad obiecta ~

Ar. 4. Vm maledicere sit grauius
 peccatum q. detractio.

~ Summula d. Thomae

Et videtur quod sic quod est blasphemia ut ex-
plicat glossa in illud canonice Iacobij
non est ausus iudicium inferre blasphe-
miam | 2. quod est par est homicidium. ut
dicit Chrysostomus super Mattheum
Homicidium autem gravius est quam de-
tractio | 3. quod causa pro qualet signum ma-
ledicens autem causat malum suum im-
perio. detrahens ~~autem~~ solum signifi-
cat malum iam existens |.

Sed contra est quod detractio nullum modo pro-
est maleficii. maledictio vero sic ut
dictum est.

Dicendum quod susurro. detractor. contumace
linguis. et detisor dicunt malum culpe
et hoc
quod gravius est quam dicere malum pro eo quod
quod pertinet ad maledictionem (neque
enim dicit malum culpe nisi sub ratio-
ne pro eo) detractio ergo maius peccatum
est quam maledictio per modum optandi que
simplex solummodo desiderium exprimit
maledictio autem que fit per modum
imperij gravius est quam detractio si maius
inconvenientium inferat. et hoc loquendo
per se debet que pertinent ad rationem hu-
manam vitioz. possunt enim per accidens a
liqua evanescere. que predicta vitia auge-
ant. vel minuant.

Ad. 1. Per quod procedit de maledictione crea-
ture in quantum mercatur a deo. et eadem ro-
tu est de detractio | Ad. 2. quod procedit de ma-

secundum co-
munem rationem
est paribus

Sed utone prout dicit desiderium mali
 quod patet non differt ab homicidio nisi
 prout in opere aliquid adicit uolunta-
 ti | Ar. 3. q. procedit de maledictione
 prout importat imperium et causam.

Quaestio 77. De Fraudulencia
 que committit in emptionibus
 et uenditionibus.

in 4^o art. diuisa.

Ar. 1. Vm aliquis possit rem licite
 uendere plus qz valeat?

Et uidet qz sic qz licitum est secundum le-
 ges emptoribus et uenditoribus se ad inuicem
 decipere | Et qz uideat Augustinus. 13. de
 ciuitate. referens dictum cuiusdam Mimi in-
 natum et omnibus ut uelint uilius eme-
 re. et carius uendere. et inmut. post. 20/

3. qz potest fieri res impensata ut dicit. in
 9. ethic. uel ex amicitia. et beneficis aliis
 suscepto. uel qz ementi res ex utilitate. ergo |
 Sed contra est qz Matt. 7. monemur ut alijs
 fauamus. quae res bis fieri uolumus.

Dicendum qz ut Tullius dicit in lib. de officijs
 ex intentione in contractu uenditionis aut
 emptionis quae impiam decipere iniustum est
 ualor autem rei commensurari debet ex ualor
 re precij ad quod est inuentum maximam ut dicit in 5. ethic.

Loquendo ergo perse de emptione et uenditi-
 one seruanda est equalitas precij ad rem. qz

Summula I. Thomae

ut dicitur. 1. potest eiusmodi contractus inter
duos pro communi utriusque partis utilita
te. Per accidens tamen quod res inter minus
valens est maioris valoris habenti potest
eam carius vendere, non tamen tenebitur
et emens pro re quae sibi utilior est magis
dare quam in se ipsa valeat. quod illud non pro
venit ex ~~emptio~~ venditione, sed ex conditi
one ementis. quamvis ex honestate poterit
aliquid ad precium supererogare. " "

^
nec vendens po
terit recipere

^
(quamvis non
peccaret de
ceptione nec
tradendum)

Ad. 1. R. q. leges civiles non approbant de
ceptionem illam. Lex vero divina quamli
bet deceptionem notabilem precij damnat
neque enim iustam consistit in pretiis ubi
sicut quod modicam additionem auerminutio
nem non admittat / Ad. 2. quod illud commune
desiderium non est naturae, sed iustitiae / Ad. 3.
quod in iustitia commutativa principaliter at
tenditur aequalitas rei, sed in re compensatione
amicitiae utilitas). — " — " —

Ar. 2. Vm venditio reddat illicita
propter defectum rei venditae?
Et videtur quod non quod defectus in substantia
qui maior est non reddit iniustam vendi
tionem, ut cum quis vendit aurum al
chimicum pro vero / 2. quod defectus quan
titatis qui magis est inter alios considera
bilis. evitari non potest in venditionibus
quod mensurae variant pro locorum diversita
te

^
vel argentum

te / 3^o q^o ad cognoscendam rei qualitatem & defectus quos
est necessaria magna peritia, quae in
paucis excipientibus, aut eminentibus inue
nitur.) in ea
patit.

sed contra est Ambrosius in lib. de officiis

Dicendum q^o, si uenditor aut emptor cog
noscente defectum rei uel in substantia
uel in quantitate, uel in qualitate, in
iustitiam committunt, et tenet alter alte
ri ad damnum restitutionem. ut Isai. 1. et
psal. 25. induit. q^o, si tempore uenditio
nis de rei defectu non consistit, non com
mittit iniustitiam formaliter, tenet to
men qui damnificauit cum defectum pos
tea cognouerit. damnum resarcire exue
datione sequitur

tempore con
tractus →

Ad. 1. R^o q^o, si aurum artefactum ut pu
ta sophisticatum, aut alchimicum habeat
et ueram speciem et proprietates utiles
ueri auri, uendi sine iniustitia proce
ro auro poterit. non enim impossibile est,
artis industria produci naturales effectus
ut dicit Aug. 3. detrimt. de his quae arte
demonstrantur / Ad. 2. q^o, quamuis in di
uersis prouincijs necesse sit diuersas men
suras pro copia aut improprietate inueniri,
quae tamen secundum locum et tempo
rum diuersitate sunt iustae, ad gubernato
res pertinet designare, quas non iubeat pro
terre / Ad. 3. q^o, non est necesse ut uenditor

Summula d. Thomae

aut emptor cognoscere qualitates rez
occultas, sed eas quibus in usum accedimus
dant, unde nascitur q, sint plures vendibi-
les. ut patet in equo bono qui plures est
et qz servus. ut dicit August. in. 11. de ci-
vit. de j.

Ar. 3. Vm venditor dicere tenea-
tur vitium rez vendite?

Et videtur q, non q, emptor non cogit ad emen-
dum. immo sicut videtur relinquit, ut
rem emendam discutiat et ex ad cognos-
cat / 2. q, ut Tullius dicit in lib. de offic.

3. q, nullus te
nec cuiuslibet
solum dare de
veritate virtu-
tis, quamvis nul-
li debeat dicere
falsitatem
ergo multo magis
emtorij

1. nihil magis stultum, qz si quis voce pro-
prie diceret: domum pestilentem vendi
4. q, nec venditor tenet manifestare co-
gnitam mercedem ad certantium, ut si eas
interim minoris vendat)

Sed contra est expresse Ambrosius lib. de off.
Dicendum q, venditor ex hoc q, rem venden-
dam cum defectibus occultis proponit non
detegerido eos dat ei damnum in precis, et
periculi in usu occasionem, ac proinde
eiusmodi defectus occultos prodereteneretur.
manifestos autem non (ut puta q, equus
sit monoculus) dicitur modo minuat de
preco ob talem defectum.

Ad. 1. Pro q, iudicium non potest fieri nisi de
re manifesta, vel per se ipsam vel per mani-
festationem venditoris in casu nostro / Ad 2
q, voce pro prius non est vitium rez pro palen-
dum

Summula d. Thomae

te conservacionem pertinet magis ad
iudicium et politicos q̄ ad negociabros.
negociari autem ob lucrum (et non ob
comune bonum, aut sustentationem
sustentationem) tanq̄ ob finem inde
censetur et illicitum.

et non ut sti
pendium labo
ris.

et non ordina
t ad uitae suste
ntationem vel
ulteriore finem
nem hunc finem

Ad. 1. R. q. verbum Chrysostomi intelli
gitur cum finis ultimus in lucro consistit
est ut cum rem non melioratam quis ca
rus vendit / Ad. 2. q. ille dicitur negicia
ri. qui est rem emittit ut carius vendat. no
n qui eam carius vendit. qz est meliorata
aut ex tempore. et hoc fit preciosior / Ad
3. q. clericis interdicitur negociatio non qz
illicita. sed qz eis indecens ob distractione
a divinis. et peccata que secum defert
precepta lingue. et qz ut in plurimum
ad lucrum ordinari solet.

ut dicit. 2. ad
Timoth. 2

Questio 78 De Peccato usurae

quod committit in mutuis. in
quattuor articulos divisa.

Ar. 1. vni accipere usuram pro pecu
nia mutuata sit peccatum?

Et videtur q. non qz Christus dominus Luc. 19. di
xit. q. et ipse veniens cum usuris exegisset il
lam scilicet pecuniam). 2. qz deuter. 23. et
28. permittit ut concedat foenerari non fra
tri sed alieno. et permittit tanqz premium
servantibus legem foenerari gentibus multis. et
a nullo foenus accipere. lex autem domini im

maculata erat / 3. qz secundum leges per
 mittit usuras accipere / 4. qz Luca. 6. 35
 sum sub consilio dicit date mutuum nihil
 inde sperantes / 5. qz p[ro] es quod quis facere
 non tenet potest pecuniam accipere. sed nō
 quidvis cui libet precipit mutuare / 6. qz
 p[ro] argento in uasa redacto N. g. p[ro] p[ro]tera
 comodata licet pecuniam accipere. ergo et
 p[ro] argento in metato / 7. qz licet tunc erit
 usuram libere oblatam accipere. ut in mu-
 niter offerre /
 Sed contra dicit exod. 22. pauperem usurus nō
 opprimes.

Dicendum q[ue] in rebus quibus usus consumitur
 et ut vinum. et panis. non est imputandus
 nec estimandus usus ut ab ipsa redistribuitur.
 sicut in illis quarum usus non est carnis co-
 sumptio. ut domus p[ro] cuius usus (reservato
 sibi dormitio) potest quis locare pecuniam acci-
 pere. Pecunie autem usus est ipsius pecunie
 consumptio. sive distractio in commutationi-
 bus ut dicit in 5. ethic. et in 1. polit. ac p[ro]
 inde cum mutuat iniustum est p[ro] eius usu
 aliquid accipere. quod usura vocat. vendere
 est enim id quod non est.

Ad. 1. R[es] q[ue] usura sumit ibi metaphoricè p[ro]
 exerecentia bonorum spiritualium. ad nos-
 tram. non dei. utilitatem)

Ad. 2. R[es] q[ue] usura et in psalm. et ex eccl. 10. sum-
 pliciter prohibet. permittebat tamen iudicis cu-
 extraneis tanq[ua]m minus malum. ne fratres iudei
 gaudent. erant enim auarissimi dediti ut habet isa-
 26, nec p[ro]mittit tanq[ua]m premium generari sed
 UVA. BHSC ostē

Summula d. Thome

ostendit ibi exod. 23. q. abundabunt bonis et
 potabilibus. sic q. alij eis. ipsi vero alijs non indi-
 gebunt / Ad. 3. q. leges aliquando permittunt
 uel saltem non omnino et in omnibus puni-
 unt usuras. ob multas utilitates que ex
 eis aliquando consequuntur. nonq. usuraria
 acquisitio pecuniarum non sit maxime
 contra naturam. ut etiam Philosophus dicit
 in. 1. polit. / Ad. 4. q. licet dare mutuum
 sit de consilio. dare tamen sine usura (sup-
 posito q. mutuetur) est de precepto. uel dicen-
 dum q. ex mutuo ad id et non ad remine
 remunerationem expectare debemus / Ad
 5. q. re compensatio sufficiens. quam mutu-
 ans expectare potest. est ut sibi tantumdem
 reddat / Ad 6. q. usus uasorum argenteorum
 est ipsorum consumptio. et ideo in acci-
 satione potest uendi. Sabet tamen secunda-
 rium usum in commutatione. et iste uendi
 non potest. Sicut e converso secundarius usus
 pecunie scilicet ad dandum eam loco pigno-
 ris. uel ad ostentationem aut utilitatem sa-
 lutaris uendi potest / Ad. 7. q. datus usuram non
 datur simpliciter uoluntarie. sed cum quadam
 necessitate.

primarius

Ar. 2. Vm licet pro pecunia mutu-
 ata aliquam aliam comoditatem
 expectare?

q. quibus po-
 test sequi idem
 mutui consilium

Et uidetur q. sic immo et exigere cum dam-
 num ex mutuatione incurrit / 2. q. ex na-
 turali honestate tenet beneficium obligatus re-
 compensare ut dicit in. 5. ethic. ergo et mutu-
 ans

ars poterit recompensationem tanq̄ de
 bitam exigere / 3. q̄ sicut est munus a ma
 nu. ita & munus a lingua et ab obsequio
 ut innuit Isai. 33. ergo sicut pro mutuo
 accipit debitum munus a lingua. sic po
 test accipi et munus ab obsequio / 4. q̄
 pro pecunia data potest accipi pecunia da
 ta. ergo et pro mutuata. poterit mutua
 ta expectari. et recipi / 5. q̄ pro pecunia ci
 missa mercatori aut artificio. potest lucrū
 accipi. ergo et pro mutuata. quam magis
 a se alienat mutuans / 6. q̄ Pro mutuo
 potest accipi in pignus res. puta domus. cu
 ius usus sit preciosus & estimabilis / 7. q̄ ratio
 ne mutui accepti contingit q̄ quis carius uē
 dat res suas. aut uelut emat alienas. pro
 dilatione precium augeat. aut pro accelera
 tione diminuat. ergo tunc et

et manu -

sed contra et est. id. de iur. iust. dicit q̄ sup
 abundantiam. Et usuram non accipit.
 Dicendum cum Philosopho. in 4. ethic. q̄
 illud pro pecunia habet cuius precium potest
 pecunia mensurari; ac proinde accipiunt
 potest per usuram. ex pacto expresso. uel
 tacito. secus si ut gratuitum donum offera
 t. q̄ sic ante q̄ mutuaret poterat accipere
 nec efficit per mutuatum nempe uis uendi.
 tunc. recompensationem uero eorum quos
 pecunia non mensuratur ut bene uolentia
 et amorem potest quis pro mutuo exigere.
 Ad 1. R. q̄ damnum q̄ incurrit mutuans
 potest in pactum indeterminatis suis deducere.

quis

certum!

non tamen damnum q. de pecunia suo
lucrat. q. est impeditibile tale lucrum).
Ad. 2. q. ex debito iustitiae debet immutuo
recompensatio tantidem. ex debito ve
ro amicitiae, et non civilis obligationis
ad plus extendit recompensatio. Ad. 3. q.
nullum ex dictis modis potest ex pec
to ratione mutui accipi. Ad. 4. q. sicutum
est mutuantis remittendum accipere. non
tamen ad remittendum obligare ex mu
tuo. aut pacto. Ad. 5. q. pecunia commissa
mercatori. aut artifice est eius quidam ei
causa mittit. ac proinde potest ex alio
expectare, mutuatam vero sit mutuatarii.
Ad. 6. q. usus estimabilis pro rei pignora
tate debet in sortem principalem compu
tari. nisi gratis inter amicos concedi so
leat. ut usus libri pignori. Ad. 7. q. nec
crediti licet carius, q. res valeat vendere
nec vilis anticipata solutione emere
q. ibi interuenit ibi interuenit tacitum
mutuum. Si uero quis uelit de usura pro
co diminueret. ut pecuniam prius habeat
non peccat peccato usurae.

Ar. 3. vñ quidquid lucrat quis de
pecunia mutuata reddere teneat.
Et uidet q. sic q. Rom. 11. dicit si radix sanc
ta et rami. ergo si radix usuraria quidquid
ex ea est usurarium. et restituendum est.
2. q. sicut dicit extra de usura. possessores
de usura comparate debent uendi. et eorum

precia restitui. ergo et in alijs similiter / 3.
 qz emens rem ex pecunia usuraria non
 habet maius ius in illam. qz in pecuniam
 quam (ut dictum est) tenebat restituere.

Sed contra est q, interdum multa legitime
 acquirunt per pecuniam usurariam.

Dicendum q, si res per usuram ex hoc sunt
 tales quae usu consumunt, non habent usu
 fructum sicut triticum et pecunia. ac pro
 inde sufficit id restituere. quod quis acce
 pit. nisi per detentionem talium alter fue
 rit damnificatus. Res uero habentes usum
 fructum etiam cum fructibus sunt restitu
 dae. / Ad. 1. q. gradus non solum habent ra
 tionem materiae (ut pecunia usuraria) sed
 causam actus. / Ad. 2. q. possessores ex usu
 usum paratq non sunt eorum, quorum sunt
 usure, sed eorum, qui eas emunt. Obligatq
 tamen sicut et cetera bona usurarium
 secundum quantitatem, quae sibi in respon
 dit usure acceptae. pro qua parte (qz sepe in ma
 ioribus qz ualor possessum) precipiuntur
 assignari, si a quibus acceptae sunt usure.

Ad. 3. q. acquisitum ex pecunia usuraria ma
 gis debet industriae usurarii tanqz causa pr
 incipalis, qz pecuniae quae est instrumentum.

Ar. 4. vñ liceat pecuniam acci
 pere mutuo sub usura.

Et uide q, non. qz. Rom. 1. etiam sunt dig
 ni morte qui consentiunt peccatis. / 2. qz

Summula d. Thome

qz sic peteris mutuum subusura dat
scandalum peccati, quod pro meliori mo
do temporali licet / 3. qz non minus
se videt quando qz necessitas deponendi
pecuniam apud usurarium, qz accipien
di mutuum subusuris, sed illud minus
licet. ergo neqz hoc.

Sed contra est qz ut dicit in 5. ethic. ille
qui iniustitiam patitur non peccat.

Dicendum qz inducere ad mutuum
subusuris non licet sicut neqz inducere
ad iurandum per falsos deos. licet tamen
accipere subusuris a parato sic dare ob
finem honestum subveniendi scilicet
necessitati suae. quem ad modum etiam
licet ostendere latronibus thesaurum ne
quis occidat. ut constat de decem viris cu
us maele. Hierem. 41.

Ad 1. R. qz illi non placet usura, sed ut
usurarius ad mutuationem que bona
est. et sibi placet / Ad 2. qz peteris videtur
usurarius scandalum actiuum, sed passi
uum proueniens non ex ignorantia, sed
ex malitia ipsius usurarii / Ad 3. qz qui
dat pecuniam usurario habenti alias pe
cunias ad usuras exercendas. vel hac in
tentione, ut usuras exerceat sine dubio
peccaret, non tamen si eas usurarius co
mittat ut securius seruet.

questio. 79 De Partibus integra
lib. iustitiz in 4. articulo diuisa

ut dicit Augustinus
in enchirid.

sicut et uti fi
de iurantibus
per deos falsos

alicui

alicui

in quos
incidit

Ar. 1. Vm̄ declinare a malo et
facere bonum sint partes iustitiae?
et videtur q. non q. huc est omnibus virtuti
69 proprium. 2^o q. glossa in illud psalmi de
clina a malo, et fac bonum dicit q. primum
sorum vitat culpam. et secundum meret
palnam, quod etiam cuilibet virtuti compe
tit. 3. q. una pars non includit malicia eius
dem totius. At declinare a malo includitur
in hoc quod est facere bonum.))))))
Sed contra est Augustinus in lib de correctione
et gratia.

Dicendum q. predictae duae partes communes sunt
cuilibet virtuti si loquamur de bono et ma
lo in communi. nec sunt propria iustitiae nisi
prout ipsa communis est virtus. Sed tam ad ius
titiam specialem q. generalem prout sunt
speciales virtutes pertinet declinare a malo
et facere bonum tanq. partes integrales qua
terius per alteram reddit quis quod suum est
communitati. et per alteram proximo quod est
bonum facere, et declinat a malo, bonum
quod reddidit conservando sine nocimento.
Ad. 1. R. ex dictis in alijs autem moralibus
virtutibus idem est facere bonum accedendo
ad medium, et declinare a malo scilicet extre
mis. q. versantur circa passiones. Ad. 2. q. decli
nare a malo. non sumit negativae. pro eo quod
est non facere malum, sed pro motu volunta
tis repudiantis malum. et ei resistentis. Ad. 3.
q. declinare a malo est quasi pars materialis et se
cundaria iustitiae. facere autem bonum quasi-

altus

pars formalis et completiva ipsius ~ 11 ~ 11.
 Ar. 2. Vm transgressio sit speciale peccatum?

Et videtur q. non q. Ambrosius omne peccatum (diffiniens illud) transgressorem legis vocat
 2. q. transgressio excedit ipsum peccatum hoc
 videtur teste Augustino. 22. contra Iovinianum
 non est nisi dictum, factum, aut concupitum
 contra legem dei / 3. q. transgressio continet sub
 se omnia vitia capitalia, et peccata cordis, oris
 et operis.

(q. transgressio
 est etiam contra
 naturam, et con-
 suetudinem)

Sed contra est q. opponit speciali virtuti iusti-
 tie) Dicendum q. transgressio dicitur a motu
 corporis quod quod gradit trans metam aut ter-
 minum sibi prefixum quod in moralibus
 figurat per preceptum negativum ac propterea ut
 sic est speciale peccatum, uno modo q. specia-
 liter opponit iustitiam legalem, cui competit alte-
 dere debitum precepti: Alio modo secundum
 q. opponit ommissionem, quod contrariatur precepto
 affirmativo.

Ad. 1. Pr q. sicut iustitia legalis materialiter et subiectiva
 et omnis virtus, ita iniustitia legalis et om-
 ne peccatum / Ad. 2. q. tam transgressio q. pec-
 catum possunt esse contra naturam, et con-
 tra consuetudinem honestam, ut ait Augustinus
 in lib. de ieiunio sabbathij / Ad. 3. q. omnes il-
 le species peccatorum possunt habere transgressio-
 nem (non secundum proprias rationes, sed spe-
 cialem ut dictum est.

Ar. 3. Vm ommissio sit speciale peccatum?

Et uidetur q. non q. non est originale ut patet
 nec actuale. q. omnia actuaria. 2. q. quan-
 do q. omissio non est uoluntaria. S. g. cum quis
 omissit rem, quam restituere tenet. aut sacer-
 dos cum tenet celebrare habet impedimentum.
 3. q. quod cuius peccatum habet principium. o-
 missio autem quando est eodem modo se habet
 nec tamen toto tempore, quo durat est pecca-
 tum. 4. q. non opponit ulli speciali virtuti
 et dato q. opponat iustitiae sic actus etiam in
 declinatione a malo requirit actum, uide q. et
 omissio illum requirat.

Sed contradicit Iacob. q. scienti bonum et non
 facienti peccatum est illi.

Dicendum q. omissio importat pretermis-
 sionem boni debiti ex iustitia legalis aut specialis
 unde et a transgressione iustitiae seceditur
 q. eiusmodi transgressio opponit actui iusti-
 tiae, qui est declinare a malo.

Ad. 1. R. q. negatio actus ad genus actus re-
 ducit. et non agere omissionis agere quoddam
 est ut diximus supra. Ad. 2. R. q. omissio
 est peccatum cum est actus ad quem quis te-
 net. nullus autem ad impossibile obligat.

Ad. 3. q. omissio est contra precepta affirmati-
 ua. quae non obligant ad semper. et incipit imputari ad culpam
 quando fuit tempus operandi. tamen propter
 causam precedentem, ex qua omissio redditur
 uoluntaria. Ad. 4. q. omissio opponit iustitiae
 ut dictum est. quia actum bonum est ex integrum
 causa plus requirit ad ad meritum iustitiae si requiritur
 actus. q. ad omissionem culpabilis q. q.
 est sine actu.

Ad. 4. Vn. peccatum omissionis
 sit grauius q. peccatum trans-
 gressionis.

Summula d. Thomae

Unde q, sic q, est delictum sine delictu
quod maiorem exposcebat expiationem
Leuit. 5. / 2. quod opponit maiori bono. scilicet
sive quod est facere bonum, transgressus
sive uero opponit huic, quod est declinare
a malo / 3. quod transgressus potest esse ueni
alis. omissus uero ut pote opposita precepto
affirmatiuo nunquam nisi mortalis / 4.
quod maior est poena damni quae debet pecca
to omissi uero, quae poena sensus quae debe
t transgressioni ut dicit Chrysost. super
matt.

Sed contra est q, facilius est abstinere a ma
lo faciendo quam implere bonum.

Dicendum q, maxima distantia ut dicit in
10. metaph. est contrarietas transgressus
autem importat contrarietatem ad actu
virtutis. omissus uero negationem actus vir
tutis. ac proinde simpliciter loquendo gra
uius peccatum est transgressus quam omissio
quatinus aliqua omissio sit grauior aliqua
transgressione.

Ad. 1. R. q, delictum quandoq, dicitur omni
suo debiti contra deum cum quodammodo
temptu. et sic maiorem exigit expiatio
nem / Ad. 2. q, transgressus etiam opponit
sive quod est facere bonum contra reu. oppo
sitione / Ad. 3. q, transgressus opponit precep
to negatiuo. et tam ipsa quam omissio ^{si} large
sumantur ut sunt praeter precepta possunt et
se

se peccata uenialia / Ad 4. q. etiam omnis
 sibi debet poena sensus iuxta illud matth
 7. omnis arbor, que non facit bonum fructum
 excidet et in ignem mittet et hoc propter
 radicem ex qua procedit, licet non habeat
 ex necessitate conuersionem ad aliquod
 bonum immutabile.

Questio. 30. De Partibus poten-
 tialibus iustitiz in 1. art diuisa
 Ar. ^{1. et.} 1. Vm conuenienter assignentur
 virtutes iustitiz annexae.

Et uidetur quod non quod Tullius annumerat sex
 scilicet religionem, pietatem, gratiam, vin-
 dicatorem, obseruantiam et ueritatem, 2. q. q. Macrobius super Somnium Scipionis
 ponit septem. scilicet innocentiam, ami-
 citiam, concordiam, pietatem, religionem
 affectum. et humanitatem) 3. q. a quibus-
 dam alijs ponuntur quinque scilicet obedi-
 entia ad superiores, disciplina ad inferiores,
 equitas ad equales et fides et ueritas resp
 ectu omnium / 4. q. Aridorius peripa-
 theticus ponit nouem partes iustitiz anne-
 xas scilicet Liberalitatem, benignitatem,
 vindicatricem, eugromosinam, eusebiam
 euebarustram, sanctitatem, bonam immu-
 tationem. et Legispositiuam. et Aristoteles
 in 5. ethic. ponit epycheiam de qua in pre-
 dictis non fit mentio.

uidetur esse speci-
 es immutabilis
 iustitiz ~

Dicen

Summula d. Thomae,

Dicendum q. virtutes alicui virtutian, ^{prima}
necq. in aliquo debent cum ipsa conveni ^{palj}
re, et in aliquo deficiunt, unde est q. om
nes virtutes quae sunt ad alterum possunt
iustitiae annexi. iustitiae vero proprium est
reddere alteri debitum, secundum equa
litatem. ac proinde virtutes quae iustitiae
a doctoribus annexuntur quamvis conveni
ant cum ea in hoc q. sunt ad alterum de
ficiunt tamen ab ea. in ratione equals
quod non reddunt quamvis reddant de
bitum; vel in ratione debiti q. quamvis
reddant debitum non stricte sumptum.
Hae autem ex attenta consideratione as
signatarum partium iustitiae intelligi
manifeste poterunt

equale
tamen debitum

Ad. 1. R. q. vindicta quae fit auctoritate
publicae potestatis, pertinet ad commutativam
iustitiam, quae autem fit proprio motu non
tamen contra legem, vel quam quis a iudi
ce requirit, pertinet ad iustitiam ad
iunctam. / Ad. 2. q. Macrobius videtur at
teridisse ad duas partes integrales iustitiae
scilicet declinare a malo, ad quod pertinet
innocentia, et facere bonum ad quod per
tinet alia sex. / Ad. 3. q. obedientia inclu
ditur in observantia, et aliae ex illis ad alia sex
relatas reduci possunt, et e converso. / Ad. 4. q.
in illa enumeratione quaedam ponuntur
pertinentia ad iustitiam legalem, quaedam
ad iustitiam particularem, quantum vero

ad ea que quandoq; agenda sunt particula
inter occurrunt preter communes leges ponit
eugnomosina. quasi bona nomina. que est
de talibus directiva. epycheia autem no
ad iungit iustitiz particulari. sed legalis. ac ui
de esse eadem cum eugnomosina ~

Questio 81. De Religione in Octo articulos diuisa.

Art. 1. Vm Religio ordinet homi
nem solum ad Deum?

Et uidet quoniam q; Iacob. 1. tribuit ei,
uisitare pupillos et uiduas et seipsum
immaculatum custodire / 2. q; Augu
stinus id docuit. ex doctissimorum aucto
ritatib; In necessitatib; etiam humanis
dicit exhibenda religio / 3. q; ad eam per
tinet patria. id est seruitus, seruire autē
etiam proximo. debemus per charitatem
ut dicit ad galat. 3. / 4. q; ad eam perti
net cultus. cultus autem etiam parenti
b; deferit iuxta illud Catonis cole paren
tes / 5. q; non omnes qui sunt in statu
salutis. licet sint des subiecti dicuntur
religiosi. sed qui emissis iustis superiorib;
hominib; subdunt.

Sed contra est Iulius. in. 2. rethorice
Dicendum q; siue Religio dicat ut dicit Isi
dorus lib. 1. de sim. a re eligendo. id est sepe eli
gendo deum ut monemur pro. 2. siue a bite
non

Summula D Thomae

sum eligendo deum, quem amiseram,
sive a Religando. ut ait August. 10. ^{scit} ~~Deum~~ principaliter ordinem ad deum. cui
religari debemus tanq[ua]m principi. et ad que[m]
nostra electio tendere debet tanq[ua]m infini-
Ad. 1. R[ati]o q[uod] illi actus non sunt immedia-
te et elicitive a religione (sicut est sacri-
ficare) sed imperatice media misericor-
dia et temperantia) Ad. 2. q[uod] Augustinus
ubi sumit religionem. exterius uocabulo
ut ipse explicat. / Ad. 3. q[uod] dominium speci-
aliter conuenit deo. et sic specialis latine
seruitus debet ipsi / Ad. 4. q[uod] cultus etiã
inferiorib[us] rebus exhibet[ur] (necum sumi-
mus. aut memoria retinemus) proprius
tamen et strictus cultus deo exhibetur) -
Ad. 5. q[uod] procedit de religiosis strictius sum-
pto uocabulo. qui tamen summi subdun-
t propter deum. iuxta illud ad galat. 4. Si-
cut angelum dei excepistis me. sicut Chris-
tum Iesum.

Ar. 2. Vm Religio sit Virtus necne?
et uidee q[uod] non q[uod] actus eius est reuerendi de-
qui pertinet ad donum timoris / 2. q[uod] qualis
uirtus debet esse liber. Latra autem qui est
religiosis est actus seruitutis / 3. q[uod] uirtu-
tis aptitudo inest nobis a natura. et ea que per-
tinent ad uirtutes sunt de dictamine ratio-
nis naturalis. non sic autem ceremonialis
diuini cultus que pertinet ad religionem

Sed

proprie et

sicut agrus
et agrus coluit
et in uisibilia

et specialius

Sed contra est q, communerat alijs virtutibz,
ut ex supradictis patet.

Dicendum q, religio faciat bonum. Sabentem
et opus eius reddat bonum. cum debito ordi-
ne dirigens in deum. sequit q, sit virtus -

Ad. 1. R. q, religio est facere aliqua propter
divinam reuerentiam, ac proinde ordinat
ad donum timoris, tanqz ad aliquid excellen-
tius / Ad. 2. q, etiam seruis exhibet domino

famula
tum) Libere debet ~~seruicium~~ faciens de neces-
sitate virtutem. nedum nos deo / Ad. 3. q, eti-
am est de dictamine rationis naturalis. q, quis
aliqua fauat. ad divinam reuerentiam. qz
uis q, hoc vel illud faciat expellet ad institu-
tionem iuris diuini. vel Sumari -

Ar. 3. Vm Religio sit una virtus?

Et videt q, non qz in deo qui est obiectum ipsi
us est pluralitas personarum. et attributor /

2. qz unus virtutis unus est actus. ac religio
colit. seruit. uouet. orat. et sacrificat / 3. qz
aliter adoramus deum. ac ~~seruimus~~ ^{imaginem eius} ergo non re-
uerent eius modicatz, unus virtutis religionis /

Sed contra ephes. 4. unus deus una fides. est
hanc autem unam fidem protestat una unig
dei religio.

Dicendum q, Religio habet unum obiectum
scilicet deum quem uenerat sub ratione pri-
mi principij. et gubernatoris (ut de se ipse tes-
tat malach. 1) ac proinde est una virtus -

Ad. 1. R. q, tres personz diuine sunt unum prin-
cipium creationis. diuersz autem rationes at-

tributorum concurrunt ad rationem primi principij / Ad. 2. q. eodem actu homo colit deum et servit ipsi, quia cultus in actu respicit dei excellentiam, servitus autem hominis subiectionem / Ad. 3. q. ex hoc quod imagini Christi exhibetur cultus non diversificatur ratio latere non enim adoratur imago ut res in se, sed prout dicitur in imaginatione, ac prout videtur motus adorationis consistit in ipsa -

Ar. 4. Vnde Religio sit specialis virtus ab alijs distincta?

Et videtur quod non quia Aug. in. 10. de civ. dei. omne opus bonum vocatur sacrificium, ac sacrificium est actus religionis, ergo illa non est virtus specialis / 2. quia 1. corinth. 10. precipitur omnia in gloriam dei facere, ad religionem autem pertinet aliqua facere in dei reverentiam, ut dictum est / 3. quod non videtur nisi dicitur in 3. et sic. propter quod est ei, quod est amari ergo religio non distinguitur a caritate.

quod pertinet ad religionem)

Sed contra est quod ponitur pars iustitiae ab alijs eius partibus distincta.

Dicendum quod cum religio ordinetur ad speculandum deum reverentiae exhibendum deo ob suam omnimodam excellentiam, est specialis virtus, nam et in humanis videmus quod diversis excellentijs personarum. V. g. patri et Regi diversus honor debetur.

Ad. 1. Rr quia omne opus bonum dicitur sacri-

fructus in quantum religio imperat esse
 ut virtutibus / Ad 2. q. omnia que sunt
 in diu. gloriam pertinent ad religionem nō
 ut elicientem, sed ut imperantem / Ad
 3. q. charitas tendit in bonitatem dei, que
 communicat creature, ac proinde eadem cha-
 ritate diligit deus et proximus, religio ve-
 ro uersat̄ circa ex. essentiam dei, que in-
 communicabilis est creature.

Ar. 5. Vm̄ Religio sit virtus theo-
 logica? ~

Et uidet̄ q. sic q. Augustinus in enchiridi-
 ut q. deus ubi fide, spe et charitate / 2. q.
 habet deum pro obiecto ut dicitur est / 3. q.
 non est intellectualis carnis perfectio nō
 attendat secundum considerationem ue-
 ri, nec moralis, q. non est circum diu. de
 enim, ut dicit̄ arch. 43. maior est omni lau-
 de, ergo est virtus theologica.

Sed contra est q. ponit pars iustitie que est
 virtus moralis.

Diendum q. cultus dei exhibitus habet se
 sicut materia et obiectum religionis, deus
 autem ipse sicut finis, qui non attingitur
 per actus quibus ubi, sicut attingit per ac-
 tus virtutum theologiarum, quorum ob-
 iectum est finis ultimus, ac proinde Religio
 est virtus moralis.

Ad 7. Requiritur virtutes theologice sui imperio
 causant actum religionis circa deum per me-
 dia

Summula D. Thome

dia ordinata in ipsum / Ad. 2. q. religio or-
dinat hunc mundum in deum non sicut in ob-
jectum, sed sicut in finem / Ad. 3. q. reli-
gio ad iustitiam moralem ut pars eius per-
tinet, medium et equalitatem non in pas-
sibus sed in operatibus, secundum con-
siderationem facultatis humane, et accep-
tationis diuine. superfluum autem in ea
reperi potest non secundum circumstan-
tiam quanti, sed temporis, modi, aut pers-
one si colat quod non debet.

constituens

Ar. 6. vni Religio sit preferenda
alijs virtutibus moralibus?

Et respondeo q. non q. deficit in attingendo
medium iustitiae, ^{quod} non reddat deo omni-
no equale / 1. q. laudabilis est subue-
nire indigenti ut usui. 57 ostendit q. sic per
alias virtutes, q. deo qui nullam habet in-
digentiam / 3. q. quod deo exhibet per re-
ligionem est magis debitum, ergo minus
laudabile illud reddere /

quod sic per re-
ligionem /
ut. 1. cor. 9
de predicatio-
ne dicit Apos-
tolus ~

Sed contra est q. exod. 20. primo ponunt
precepta de religione, tanq. de digniori
Dicendum q. inter ea que sunt ad finem
illa preeminent, que sunt propinquius
ra firmi, religio autem uersat in rone
diate circa cultum dei, ac ex consequen-
ti tanq. propinquior firmi, ceteras mora-
les uirtutes antecellit / Ad. 5. R. q. de
fide

ficere a medio propter defectum potestatis
non diminuit laudem virtutis, sed ob
defectum in libertate, in qua ipsa con-
stitit. Ad. 2. q. procederet si quod deo esse
virtus esset ob ipsius utilitatem sicut
cum subicerimus proximo. Ad. 3. q. pro-
bat tolli gloriam super erogationis. Sed non
meritum virtutis si in libertate adsit. 1.

Ar. 7. Vm Religio habeat alii
quem exteriorem altum?

Et videtur quod non quod altus adoratoris quod est
proprium eius ut dicit Ioan. 4. est in spiritu et
veritate, sicut et deus spiritus est. 2. quod
terrenis subiectis vel reuerentia ma-
gis videtur pertinere ad reuerentiam vel
honorem inferiorum creaturarum. 3.
quod August. in 6. de ciuit. commendat Senecam
quod reprehendit quosdam idolis quos colebant
ea offerentes. quod mortalibus, terris, offerri
corporalibus adibus contulerunt. ergo multo
magis est.

Sed contra dicit in psalmo cor meum. et car-
nea exultauerunt in diebus iuuum.

Dicendum quod deo reuerentiam et honorem
exhibemus non propter se ipsum, quod in scriptis
est gloria plenius. sed ut mens nostra ipsi subdi-
cat et in quo perfectio nostratoris sit. mens
autem hominis ut coniungat deo indiget in
sublimi maledictione ut dicit Rom. 1.
et ideo praeter altus interiores qui principaliter

Summula D Thomae

ter pertinent ad religionem. Sabet ipsa etiam
armatus exteriores. quasi securidarios. et ad
interiores ordinatos, quibus exitemur in deum.

Ad 1. Quod dominus ibi loquitur de eo quod
est principale in sui cultu. Ad 2. quod externa
sacrificia non exhibent deo quibus indige
at. ut dicit in psalmo. sed tanquam signa inte
riorum et spiritualium operum, quae per se deo
acceptae. ut dicit Augustinus. in. 10. de civitate.

Ad 3. ^{illi} quod videbatur quod illa externa offererentur
tanquam per se idolis accepta. vel quod uana et tur
pia erant.

Ad 3. Vm Religio sit idem sanctitati?
Et videtur quod non quod sanctitas est communissima
virtus ut ait Aristoteles. 2. quod sanctitas
est munditia ut dicit Dionysius. 12. cap. & diu
inum. munditia autem ad temperantiam
pertinet. Religio ut dictum est ad iustitiam.
3. quod in quadam enumeratione partium ius
titiarum supra. sanctitas coordinatur religioni.
Sed contra dicitur Luc. 1. seruiamus domino in
sanctitate et iustitia. seruire autem deo per
tinet ad religionem.

Dicendum quod sanctitas duo importat scilicet
mundiciam (unde sanctus dicitur a quibus
id est sine terra) et firmitatem in bono. unde
dicitur ut dicit Isidorus. lib. 1. sanctus dicitur
quasi sanguine tinctus. et utraque significa
tio competit deo quae diuino cultui mani
fari. maxime summi quibus oportet et inu
ditiam seruare. et inseparabiliter deo inhe
rere.

vere ut protestabatur Paulus. Hebr. 12. Sanctitas ergo secundum essentiam non differt a religione, sed solum ratione. quatenus reliquæ exhibet deo debitum famulationem in his quæ specialiter pertinent ad cultum divinum, qualia sunt sacrificia et oblationes; Sanctitas autem dicit secundum quod homo non solum hec, sed et alia virtutum opera in deum refert.

Ad. 1. R. q. sanctitas dicitur communis virtus in quantum omnium virtutum actus per imperium ordinat in divinum bonum.

Ad. 2. q. quilibet actus temperantia aut virtutis habet rationem sanctitatis prout refert (ut dictum est) in deum. ut Augustinus dicit de Virginitate. in lib. de ea / Ad. 3. p. refert a religione ut dictum est.

Quæstio. 82. De Devotione
in quattuor art. divisa.

Ar. 1. Vm devotio sit specialis actus?

¶ videtur q. pertinet ad modum aliorum actuum. ut. 2. paral. 29. ubi subleantur et laudes dicunt oblata merito devota / 2. q. inveniuntur in diversis actibus suis sicut spiritualibus, ut in oratione, et corporalibus ut in genuflexione / 3. q. neque est appetitivus, neque cognoscitivus virtutis ut consideranti patebit. ergo /

Summula D Thomae

Sed contra est q, deuotione meremur, et non meremur, nisi per actus.

Dicendum q, deuotio a deu uenit sicut ac propterea deuoti dicuntur quia se ipsos deo deu uent, aut tradunt sicut et olim uocabantur idolis dediti pro eorum cultu tunc sicut Linius de diu. Decius narrat. et exod. 35 dicit de filiis Israel offerentibus mente promptissima atq, deuota pro uincias domini, ac ex consequenti est actus specialis uoluntatis.))))))

Ad. 1. R. q, deuotio uoluntatis mouet eam ad finem et alias uires ad suscitatus qui sunt ad finem / Ad. 2. q, deuotio in actibus non est sicut species illius generum, sed sicut motus in loco mobilium / Ad. 3. q, est pars appetitus anime scilicet actus uoluntatis uel dictum est.

Ad. 2. Vnde deuotio sit actus Religionis.

Et uidee q, non. q, per deuotionem tradit quis deo. Et autem maxime fit per charitatem. que ex latissimum causat ad deum ut dicit Dion. 4. cap. de diu. nom. / 2. q, charitas precedit religionem. et deuotio uidee precedere charitatem, que significat peregrinationem in sacra scriptura. cuius materia est deuotio significata per peregrinationem / 3. q, religio est solum ad deum. deuotio uel

ad sanctos immo et ad quoslibet ho-
mines. unde Leo papa videtur deus et Ro-
mani legibus appellavit. cum dixerunt
Habemus Regem nisi Cesarem)
Sed contra est quod verum est actus religionis
ergo et deus.

Dicendum quod eiusdem virtutis est velle
aliquid facere, et habere promptam volun-
tatem ad illud faciendum cum utriusque
actus sit idem obiectum, sicut in ista vidi-
cie 5. et sic. vult et operatur sustinere. ac ex
consequenti deus facit velle, et prompte
exequi que ad diuinum cultum spectant

↑
immediate

Ad. 1. Quod ad charitatem pertinet tradi-
tio sui ad deum per spiritus unionem. Sed
ad religionem immediate pertinet quod quis
tradat deo per aliqua opera diuini cultus
mediate autem ad charitatem, que est re-
ligionis principium) Ad. 2. quod pinguedo na-
turalis et generat a calore. et ipsum conser-
uat quasi nutrimentum ipsius, et sic se
habet charitas respectu deuotionis | Ad. 3.
quod deus quam habemus ad sanctos transit
in deum, deus vero subditus ad dominum
aut ad alios homines alterius extrinsecus, si-
cut et famulatus humanus, a famulatu di-
uino.

Ad. 3. Vni meditatio seu contempla-
tio sit deuotionis causa? ~

Et videtur quod non. quod subtiles meditationes intel-

Summula d. Thomae

Sigubulum multoties deuotione impediunt,
2. q. si contemplatio esset perse causa deuotionis. ex altitudine contemplatione (N. g. diuinitatis) maior semper sequere deuotio q. ex contemplatione humanitatis, aut passionis domini, quod e contra accidit sepiissime.
3. q. in minimis contemplatiuis puta uirgines simplicibus et foeminas reperiri soleant maior deuotio.

Sed contra dicitur in psalmo in meditatione mea exardescet ignis. scilicet qui deuotione causat.

Dicendum q. causa deuotionis extrinseca d. est ut dicit Ambrosius super Lucam. intrinseca autem causa est contemplatio sine meditatione, ad quam sequit actus uoluntatis qui est deuotio. ut inquit August. in lib. de uirtutibus. quia ~~in~~ tradit diuino obsequio. tum ex consideratione diuinae bonitatis et beneficiorum ipsius, tum ex consideratione defectuum et proprie fragilitatis. ut dicit in psalms.

Ad. 1. R. q. si consideratio talis fuerit. quae dilectionem causat. excitabit etiam deuotionem.

Ad. 2. q. secundum se deuotio maxime consistit circa ea quae sunt diuinitatis, quae tamen per sensibilia manuducimur magis excitamur ad deuotionem et amorem. dum uisibiliter deum cognoscimus. Ad. 3. q. scientia per se occasiorem considerandi propriam excellentiam. Simpliciter autem sui similitudinem. q. si etiam scientia subdat deo ex se ipso. et deuotio augetur.

~1. A2

Ar. 4. Vm letitia sit deuotionis effectus?

Et uidetur quod in passione Christi dominica deuotionem excitat. et tamen exinde sequitur afflictio et mors, ut patet thren. 3) 2^o quod deuotio proprie consistit in interiore sacrificio spiritus. in psalmo autem dicitur quod sacrificium deo est spiritus contribulatus. 3^o quod ut dicit Gregorius in libro de homine succurritur ex gaudio sic lacryme sunt signa tristitie. lacrymas autem presumunt deuotio.

Sed contra dicitur in collecta ecclesie. quos se in uia ustra castigant, deuotio sancta letificet. Dicendum quod deuotio in quantum procedit ex consideratione diuine bonitatis, que est qua ad quem. Si terminus motus. per se habet causare letitiam. et per accidens tristitiam in his quibus dum plene de fruuntur. ut dicit in psalmo. in quantum uero procedit ex secundario uerbum est causat deuotio ex consideratione proprii defectuum. qui ut terminus a quo motus per se quidem nata est tristitiam causare per accidens autem letitiam. ob spem diuine subuentiois.

Ad. 1. Rr quod in passione Christi dominici contentus tac eius afflictio, sed letificat nostra liberatio.

Ad. 2. Rr ex dictis in fine corporis sui articulo 5.

Ad. 3. quod lacryme etiam presumunt ex animi teneritudine. et gaudio cum aliquo tristabili modo, ut cum recuperamus charos

Quaestio 83. De oratione in
 decem & septem art. Divisa
 Art. 1. Vm oratio sit actus appetitus
 Virtutis. ~

Et videtur q. sic. qz orationis est exaudiri exau-
 dit autem desiderium (ut dicit in psalms) qm
 est voluntatis actus). 2. qz ut dicit dicitur
 4 cap. de divitiis. non. oratio venit rursus deo
 quod pertinet ad amorem. 3. qz nulla ex op-
 erationibus intellectus quas ponit Philosophus
 in 3. de anima. non erit simpliciter
 apprehensio; neque impositio et diuisio, neque
 ratiocinatio.

Sed contra est q. orare secundum Isidorum lib
 et sim. est dicere. quod ad intellectum spectat
 Dicendum cum Casiodoro q. oratio dicitur qua
 si oratio. ratio vero speculativa solummodo
 apprehendit. practica autem ratio habet etiam
 cum apprehensione causare. et hoc potest con-
 tingere dupliciter. vno modo imperando sub-
 ditus sibi perfecte: alio modo deprecando et pe-
 tendo effectum. qui suis potestati perfecte
 subdit: et utrumq. horum ordinationem
 quamdam importat que propria est ratio-
 nis ad optima deprecantis ut dicit. in 1. ethic
 unde August in lib. de verbis domini. dicit q.
 oratio petitio quaedam est. et Damasc. lib. 3
 dicit q. oratio est petitio decentium a deo. ac pro
 inde oratio de qua nunc loquimur est ratio
 nis petitis. Ad. 1. R. q. exaudit desiderium
 in

siue inducend
 et disponend
 ad effectum

in quantum est causa petendi uel significa
 & promptitudo dei quia audit desideria ante
 q̄ petamus. ut dicit isai. 65 / Ad. 2. q. d.
 huc ostendit. q. uoluntas mouet rationem
 ad suum finem scilicet charitatis. qui est de-
 iunij. et huc ex parte respicitur scilicet unio-
 nis. et ex parte petentis. quem ad deum acce-
 dere oportet. respectu primi dicit psalmista
 unam petij a domino. respectu secundi dicit
 Damascenus. q. oratio est ascensus mentis in
 deum / Ad. 3. q. illi tres actus sunt rationis
 speculatiue. oratione uero practice.

Ad. 2. Vm̄ sit conueniens orare. 2.

Et uidet q. non q. sine nostra petitione immutet
 ut deus nostra indigentia ut dicit matt. 5. 6. /
 2. q. deus est immutabilis, et poenitudine
 non flectit ad quod tendit oratio / 3. q. deus
 liberalissimus est. ergo non debet expecta-
 re preces nostras ad dandum. siquidem ut di-
 cit Seneca. nihil carius erit q̄ quod preci-
 bus impetrat.

Sed contra Luc. 18. oportet semper orare. et
 non deficere.

Dicendum q. iuxta erudites dicentium (non
 regi res diuina prouidentia; aut omnia ex
 necessitate prouenire; aut diuinam prou-
 dentiam et ordinem ipsius uariabilem esse)
 non esset necessarium orare. est tamen ne-
 cessarium, ut ordo diuine prouidentie implea-
 t. qui aliquos effectus disposuit medijs tali-
 bus causis et dispositionibus, qualis est oratio
 prouenire. ut scilicet homines mereant acci-

conueniens et

perere postulando, quod eis deus omnipotens
ante saecula disposuit donare. ut Gregorius
dicit in lib. Dialogorum.

Ad. 1. R. q. oramus ut consideremus dignum
auxilium in illis rebus esse nobis pos-
tulandum / Ad. 2. ex dictis / Ad. 3. q. deus
plurima donat nobis ex sua liberalitate
etiam non petita; petimus autem ob nobis
am utilitatem, et fiduciam et consolatio-
nem recurrendi ad deum et fabulandi cum
eo ut dicit Chrysostomus.

Ar. 3. Vm oratio sit actus Religionis?
Et videtur q. non q. religio est passivitas que
est in voluntate. oratio vero ad intellectum
pertinet et donum eius / 2. q. actus latius
est de necessitate precepti. oratio vero sine
petitu voluntatis non sic / 3. q. ad religionem
pertinet aliquid deo afferre orationem ve-
ro aliquid ab eo obtinere /
Sed contra est psalmus. dirigat oratio mea
sicut incensum in conspectu tuo domine, et
ibi glossa.

Dicendum q. cum homo per orationem re-
verentiam deo exhibeat et honorem se ipsi
subiciens. et proficiens eo indigere sicut su-
orum bonorum auctore. sine dubio est actus
religionis.

Ad. 1. R. q. Religio que est in voluntate per
orationem lux est intellectus in se ipsum in
deum. tanquam potentiam auctorem. et sibi ma-
gis propinquam / Ad. 2. q. et desiderare qui est
actus caritatis. et petere qui est actus religio-
nis

nis cadit sub precepto. matt. 6. ubi dicitur pe-
tite et accipietis / Ad. 3. q. oratio traditio
no mentem suam deo ut ex dicitur supra
inducto constat. ac prout sicut intellectus
pregeminet exterioribus et corporalibus membris
et etiam exterioribus rebus, ita etiam oratio pre-
eminet alijs actibus Religionis.

Ar. 4. Vm solus deus debeat adorari

1. videtur q. solus q. adoratio est actus religio-
nis, et solus deus est religionis conditus /

2. q. solus dei est orationem cognoscere
cum precipue sepe mentefiat. ut dicit. 1. cor.

4. tum q. ut ait August. lib. de cura pro mor-
tuis agenda. nesciunt mortui etiam sancti

quid agant uiui, etiam illorum filij / 3. q.
sancti qui sunt in mundo. et in purgato-
rio. quamuis etiam sint deo conuicti non

porrigimus orationes. ergo nec existentibus
in celo /

sed contra lib. 5 ad aliquem sanctum conuerte-
re /

Dicendum q. deo offerimus orationes sicut
ab ipso implendas sanctis autem angelis

et Spiritibus ut a deo impetrandas, non
ut deo perceptas immutentur. ut dicit Apocal.

3. quod ex ipso modo orandi ecclesie const-
tat dum ad deum dicit miserere nobis. ad

sanctos autem ut orent pro nobis.

Ad. 1. constat quod ad deum porrigimus ora-
tionem tanquam ad auctorem bonorum, ad sanctos

uers tanquam ad interpellabiles / Ad. 2. q. tunc
gregorius. in. v. motus sancti. quamuis non

ex

summula d. Thomae

ex naturalis conditione, ex divina tamen
revelatione in verbo cognoscunt ea quae
eos de se cognoscere et ad eos pertinent, et
ambitum secretorum nostrorum cordium cogitatio-
nes / Ad. 3. q. illi mundum fruuntur verbis, unde
de eis suffragia non imploramus, sed ad illi
petimus alloquendo " " "

orando

Ar. 5. Vm debemus in oratione deter-
minate aliquid a deo petere?

¶ Fuit q. n. q. Rom. 8. dicitur quod oremus
sicut oportet nescimus. et ad idem est Iacobus
4. / 2. q. n. debemus nisi ad inclinandum
dei voluntatem ad nostram ut glossa dicit in
illud psalmi exultate in domino. sed e-
conuerso / 3. q. mala non sunt petenda a deo
na autem deus nos inuitat. /

determinata
petendo -

Sed contra est dominus in oratione dominica
docens nos orare. Matt. 6. et Luc. 11.

Dicendum q. bona quibus bene et male uti pos-
sumus ut diuitiae et honores non sunt absolu-
te petenda sed illa quibus male uti non possumus
ut virtutes gratia et gloria
iuxta illud psalmi ostende faciem tuam. et
infidelitatis species.

Ad. i. R. q̄ secundum honestatem de iure
naturali ex qualibet promissione Summo bo-
mi

mmi tenet. Sed ad obligationem civilem
 quaedam alia requiruntur / Ad. 2. q. quius
 aut ingredi aliquod monasterium tenet
 facere quod in se est ut in illo recipiat, et
 si quidem principaliter interdicit se ad re-
 ligionem obligare. et ex consequenti ele-
 git tale monasterium si in talibus reci-
 piat, alia monasteria eiusdem, uel alte-
 rius religionis perquirere tenebitur. Secus
 si ex deuotione aut motu talis monas-
 terium. aut religionem elegerit in qua
 non admittit. que autem corrumpit post-
 ueritatem, uirginitatem, ad perpetuam tene-
 bitur continentiam faciens. quod sibi possi-
 bile est / Ad. 3. q. qui interdicit se ad sta-
 tum implendum obligare statim tenebitur
 alias iuxta modum conditionis. et inter-
 tum non multum retardando ne patet
 ut dicitur. 23. expresse continet -

Ar. 4. vni expedit aliquid uouere?
 et uidetur quod non quod priuat se homo maximo do-
 no libertatis. quod deus eum donauit. / 2. q.
 post uotum emissum manet homo obnoxius
 periculo peccandi transgrediendo uoti obligatio-
 nem. ut dicit Augustinus in episto. 16. ad An-
 tonianum. et Paulinum / 3. q. 1. corunt. 4.
 dicit imitatores mei et sic. sicut et ego Christi
 ac non legi neque Christum dominum neque
 Apostolos aliquid uouisse -
 Sed contra dicit in psalmo uouete. et reddite do-

mino deo vestro. | Dicendum qd aliter pro
mittit aliquid homini ab homine, et aliter deo
homini enim promittimus ad eius utilita-
tem, et sic de exhibitione certum per promissio-
nem facimus. deo autem usque ad utilita-
tatem nostram, et ut in bono stabiliter fir-
memur promissionem ad bonum expedien-
te adhibemus. ut epistola citata Augustinus
demonstrat.

firmans volun-
tatem in bono

Ad. 1. Per quod illa necessitas (sicut enim non potest
se peccare) non tollit nec minuit libertatem
ut in deo et beatis constat. immo est felice ne-
cessitas, quae ad meliora compellit, ut in citata
epistola Augustinus dicit. | Ad. 2. qd periculum
non imminet ex ipso facto, sicut uoto (sicut
imminet transeunti fluvium per portam vici-
nosam) sed ex culpa hominis qui voluntatem
mutat. ut Augustinus in eadem epistola dicit
et eccles. 11. colligit. | Ad. 3. qd etiam ut pote
in bono firmatissimo, non expediebat in perso-
na sua usque ad perfectionem. (Sicut secundum glossam in il-
lus psalmi uota mea domino reddam. Apostolus
si autem intelligunt usque ad perfectionem
perfectionis spectans, cum relictis omnibus se-
cuti sunt dominum.

sic in suis mem-
bris per quamdam
similitudinem -

Ad. 4. Vm votum sit actus salutis si-
ue Religionis? ~ ~ ~

Unde qd non quominus actus virtutis cadit
sub uoto. ad eandem autem virtutem pertinet
facere aliquid et promittere illud. | Quod
religionem secundum Iulium pertinet exhi-
bere

bere cultum, promittere autem non est ex
 Sibiere ut patet / 3o quod utrum sit etiam san-
 ctus, et prelati, et non solum deo, ad quem est
 religio.

Sed contra Isai. 19. uolent eum, et uita usue
 bene dominis, in muneribus et soluent.

Dicendum q. ut supra dictum est religio ordi-
 nat actus aliarum uirtutum ad cultum dei
 et diuinam reuerentiam, qui est proprius fi-
 nis Latruq. ac ex consequenti uotum quod est
 ordinatum eorum, quod quis uouet in diuinum
 cultum, et obsequium proprie est actus La-
 tris siue Religionis.

Ad. 1. R. q. sub uoto possunt cadere et actus
 religionis ratione res promissae, quae est uotum ma-
 teria, et actus aliarum uirtutum N. g. ieiu-
 nare, ratione ipsius promissionis factae / Ad
 2. q. in promissione virtualiter, et ut in cau-
 sa continetur exhibitus, unde et promittenti gra-
 tia aguntur / Ad. 3. q. quamuis uotum proprie
 et formaliter soli deo fiat, promissio tamen po-
 test fieri et sanctis et prelati, et cadit sub uoto
 materialiter, in quantum homo uouet de se
 implendum, illud, quod Sanctus et Prelatus
 promittit.

(verbi gratia sa-
 crificium offer-
 re)

Ar. 6. Vm magis laudabile et meri-
 torium sit aliquid facere ex uoto
 q. sine uoto.

Et uidet q. non q. ut innuit Prosper in 2. de
 uita contemplatiua, quae sunt ex uoto magis

vident fieri ex necessitate, q̄ ex voluntate in qua meriti ratio consistit | 2^o q̄. 2. corint. 9. Salarium datorem non ex tristitia. aut necessitate (ut sepe fit ex voto) diligite deus | 3. q̄. utrum requiritur ut voluntas firmetur in bono. non potest autem melius firmari q̄ cum facit illud actu.

Sed contra est glossa in illud psalmi / uocate et reddite | q̄ implent duo consilia scilicet de uiuendo et defaciendo.

Dicendum q̄ facere aliquid ex voto est magis meritorium tribus de causis Primo q̄ actus imperat a nobilissima virtutum moralium scilicet religione et castitate. et est uelut quoddam sacrificium. Secundo q̄ uiuens magis subdit deo, quem ad modum magis est dare arborem cum fructibus q̄ solos fructus offerre

Tertio q̄ quod fit ex voto fit ex voluntate firmata in bono. quod pertinet ad perfectionem uirtutis. quarum causarum primam tangit Augustinus. lib. de uirginitate. Secundam Anselmus lib. de similitudinibus. et tertiam Philosophus in 2. ethicorum.

Ad 1. q̄. auctoritas procedit de necessitate ex actionis. non de ea que firmat uoluntatem in bono. et ex consequenti magis deuotionem auget | Ad 2. q̄. necessitas ex actionis secundum Philosophum causat tristitiam, non illa que firmat uoluntatem in bono ut dicit Augustinus in epistola ad Armentarium et Paulinam q̄ si quando opus ex voto tristitiam causee dum

que contristat ut dicit in 4. metaph.

scilicet et quantum ad actum. et quantum ad potestatem.

modo ut ex isto fiat ad hoc est magis merito-
rium. q. ut dictum est a nobilitate virtute
imperatum. Ad. 3. q. in actu firmat volun-
tas potest. non ante, neq. in futurum, aut
ad plures faciendum.

ad illum actum
singularem

Ar. 7. Vm uotum solemne et per sus-
ceptionem sacri ordinis. et per profes-
sionem ad certam Religionem?

Et uidet q. non q. eius modi, exteriora que-
dam sunt. et magis uident ad homines q. ad
deum ordinari. ergo per accidens stabent
2. q. dicta conditiones non reperiunt in om-
nibus uotis ut patet. ergo non sunt de uotis
limitate. 3. q. et ordo et professio possunt
fieri in occultis. et multa alia uota in publy-
co. ac proinde esse solemnia. q. solemne et
publicum idem esse uidentur.

et non erunt
solemnia.

Sed contra est q. solum predicta uota impedi-
unt ^{ordinem} Matrim^{onij} contrahendum. et dirimunt
contractum. ut infra dicitur.

Quendum q. unicuique rei solemnitas adhibe-
re secundum propriam conditionem. ut mi-
litare in armis apparatu. et matrimo-
nio sine nuptijs in apparatu sponsi et propin-
quorum conuentu. et sic uoti solemnitas ad-
hibet in professione alicuius regule religiose seculo abrenunciando
et secundo in susceptione sacri ordinis ut
dicit dominicus. in. 2. ecclesiasticę Hierarch-
Ad 1. Ar. q. eius modi solemnitas ad deum etiam
pertinet in cuius nomine uiuentia ministris

diuino se ministris
mancipando -

Summula D. Thomae

ut constat nu
mero. 6.

clesie benedictio confere et consecratio agra
inde arctius obligat) Ad. 2. q. actibus paucen
laribus non consuevit solemnitas adhiberi
sed cum novus status assumit ad plures actus
exercendos) Ad. 3. q. solemnitas illa publica
est humana non spiritualis. et divina qua
lis est ordinis sacri. et professionis, licet co
ram paucis fiat. unde aliud est iustum pu
blicum. et aliud solenne.

Ar. 3. Vm illi qui sunt alterius potes
tati subiecti impediunt a uiuendo
et uident q. non q. maiori uinculo tenentur
ad obligationem dei. q. hominis) 2. q. si
suis etiam reuente patre potest religionem
uiuere. et profiteri) 3. q. et religiosi sine li
centia prelatorum possunt aliqua facere si
licet orare aut abstinentias aliquas facere
ac plus est facere. q. promittere) 4. q. tales
non peccant uiuendo. ergo possunt de iure
uiuere.

numero. 30)

Sed contradicere de muliere puellari in do
mo patris existente. et de habente uirum. et
per consequens de mulieribus et de uiribus.
Dicendum q. cum nullus possit se firmiter
obligare in his in quibus alterius potestati
subiicit. neq. etiam potest firmiter sine eius
licentia in talibus uotum emittere.
Ad. 1. Ar. q. actus uoti ut sit uirtuosus non de
bet esse de alieno. nisi domino consentiente
aut non contradicente) Ad. 2. q. homo si uel
berq

re conditionis, est sue potestatis quantum
ad ea que pertinent ad suam personam, ut
puta religionem ingredi, aut ducere ux-
orem. / Ad. 3. licet religiosus possit privatim
quo tempore aliquid facere et bonum opus
exercere. quando a Religato ad aliam non oc-
cupat. nullum tamen est tempus in quo
a Religato occupari non possit, ac provideri
si de eius consensu nullum iuramentum
emittere potest. / Ad. 4. qui in votis licet sub-
ditus semper intelligit debita conditio sui
licet si Superiores consentiant, aut non re-
nitant.

Ar. 9. vñ pueri possint se voto
obligare ad religionis ingressum?
et videt q. non q. carent usurationis et
deliberare nequeunt, sicut et amentes
et furiosi / 2. q. rite factum irritans
potest, at iuxta puerum ante annos pu-
bertatis (scilicet quattuordecim) irritant
a parentibus. ut constat. 20. q. 2. c. puella.
3. q. secundum regulam sancti Benedic-
ti et Statutum Innocentij quarti annus
probationis debet precedere professionem.
ergo ante annum probationis pueri rñ
possunt se voto obligare.

Sed contra est q. votum emissum a puel-
la ante annos pubertatis validum est ni-
si a patre irritet infra annum. ut habet

ut obligatio
nem.

Summula D. Thomae

dicto cap. puelle. Dicendum q. solemnizatio voti ut dictum est ab ecclesia statuitur obligatio autem voti nascitur ex deliberatione qua quis se obligare intendit. Pueri ergo ante annos pubertatis ex duplici capite impeditur ne voto obligentur, tum quia in plurimum ratione deliberativa carent, tum quia sub cura parentum aut tutorum constituti. q. si in aliquibus usus rationis a natura acceleret quae dispositioni Legis humanae non subditur, adhuc parentibus subditimarent naturaliter. ac proinde iustitia emittant possunt a parentibus, irrita solemniter autem vivere non possunt ante pubertatis annos q. ecclesia respicit id quod ut in pluribus contingit. Post annos tamen pubertatis possunt se voto vel simpliciter, vel solemniter astringere absque voluntate parentum.

(Sicut et amens et furiosi quia non tales existunt)

Ad. i. R. ex dictis / Ad. 2. q. ulla uota debent implicite conditionem beneplaciti parentum. aut superiorum / Ad. 3. q. procedit de voto solemnii professionis.

Ad. 10. Vm possit in voto dispensari?

Et videtur q. non q. minus est commutari q. dispensari. sed leuit. 27. animal ustrum domino non poterat commutari, nec peius bono, nec melius malo. ergo / 2. q. obligatio

tu uestro est de iure naturæ et pertinet ad
precepta primæ tabulæ scilicet salutis uir-
tutem / 3. quæ in fidelitate deo debita su-
per quam fundatur uestro obligatio dispensa-
tio cadere non potest.

Sed contra est quæ in obligatione Legis quæ
procedit ex communi uoluntate potest per
firmam dispensari. ergo et in singula
uoluntate uiuentis.

Dicendum quod iustum est ueluti lex quædam
particularis quam quis sibi imponit de
bono faciendo ac proinde si illud quod uo-
uet reddat simpliciter malum. uel inu-
tile. uel maioris boni impedimentum. pro-
terea iudicio ecclesiæ et superioris disper-
sari. hoc est determinari non esse seruan-
dum. uel in aliud bonum commutari. et
determinari quod est quod dispensare.

Ad. 1. R. quod animal quod uiuebat erant
consecratum ac proinde incommutabile si-
cut et nunc domus uel uestis deo sacrata
alias animalia. quæ non sanctificabantur
nec erant immutabilia. redimi et commuta-
ri poterant. et debebant / Ad. 2. quæ etiam
de lege naturæ tenemur superioribus obedire
nec tamen cum dispensat in uoto fit aliquod
contra legem naturæ. sed ~~liberum~~ in tali
casu illam non esse congruam materiam
uoti / Ad. 3. quod non est fidelitatis debet deo
facere. uel malum. uel inutile. uel maioris
boni impedimentum / ac proinde nec dispensare

determinat

Ar. 11. Vm̄ in uoto solemnī conti-
nentez possit fieri dispensatio?

¶ Uidec q. sic. qz posset esse impeditum ma-
ioris boni. ut p̄ca pacis cōmuni^{non} si contraheret
matrimonium. 2. qz in uoto desacrificii of-
ferendo potest dispensari. ergo et in actu castita-
tis. qz diuini est actus sacrificij et lateris
3. qz in uoto abstinentie si uerget in pericu-
lum uiuentis potest dispensari. ergo similiter
et in uoto continentie. 4. qz etiam de fac-
to cum religiosis promotus ad episcopatum
dispensat in uotis obedientie. et paupertatis
que sunt et castitas sub religionis uoto con-
tinentie.

Sed contra ecclesiast. 26. omnis ponderatio.
non est digna animę continentis. 2. qz in
decretalibz cum ad monasterium de statu mo-
nachoz. dicit qz necessarius Pontifex in pau-
peritate monachal. sicut nec in castitate in-
dulgere potest.

Dicendum qz in uoto continentie tua est conti-
derare. primo ipsam continentiam que est ma-
teria uoti. Secundo perpetuitatem. et tertio so-
lemnizationem. in uero ergo continentie uotum
est indispensabile ratione continentie ut qui-
dam putauerunt. qz in contemplationis uoto
ad quam continentia ordinat ut patet. i. uim
¶ potest fieri dispensatio. Nec minus est indyssi-
sabile ut alij dixerunt. ratione perpetuitatis.
Sed ratione solemnizationis et consecrationis. qz
nunqz auferre nec potest auferri a re. et consecra-
ta manente. ut uoluit leuif ultimo. neqz enim
calix.

in fine

calix consecratus integer manens potestis
 esse consecratus. nec monachus in mona-
 chus, aut ordinatus ordine sacro non ordi-
 natus manente subiecto. Unde quæriti-
 onem est annexa per se solemnizatio in-
 uoluntatis religionis est omnino indispensabi-
 lis. Officium monachus a solitudine ductus est.
 continentia uero annexa ordini sacro
 est ex ecclesie institutio. ac proinde ab omni
~~est~~ indispensabilis ab ea taliterq; pro-
 testatur cum matrimonium.
 Ad. 1. Quod humana humana sunt acci-
 pienda non per hoc q; res diuine conuer-
 tantur in usum humanum, unde religiosi
 qui mortui mundi, uiuunt deo. non sunt
 reuocandi ad uitam humanam occasione
 cuiuscumq; euentus / Ad. 2. q; castitas reli-
 giosi pertinet ad latram per professionem
 religionis / Ad. 3. q; ab eis directe ordinat
 ad directionem personæ. ac proinde directe
 potest uergerè in periculum personæ absti-
 nentia ubi. non sic abstinentia uitæ cui
 si uicinata potest subueniri per abstenen-
 tiam. uel alia remedia corporalia / Ad. 4.
 q; episcopus in illo casu non absolute a pau-
 peritate. manet enim indispensabilis bonorum epis-
 copatus. neq; ab obedientia nisi per accidens
 si superiorum non habeat. Sicut Abbas monas-
 terij. auctoritas auctoritate ecclesie. intelli-
 genda est quatenus. nec secunditas carnis
 neq; aliquid corporale bonum. est comparan-
 dum bono continentie. ut ait August. lib. de
 sancta uirginate. Unde signanter dicit aug-
 ustinus continentis. non carnis continentis

et essentialiter
 in religio. ~
 uel unitate

non dominus sed

Summula d. Thomae

Ar. 12. Vm ad comutationem
uel dispensationem voti re-
quirat Praelati auctoritas.
Et videtur quod non quod sine auctoritate pre-
lati potest quis ingredi religionem. sed
per religionem absolute sumus a votis
in quibus emissis etiam a voto terre
sanctae. ergo. 1. quod Praelatus potest ma-
le dispensare aut commutare. et subditus
potest recte per se ipsum recte determina-
re circa voti commutationem, aut dispen-
sationem. ergo auctoritas Praelati nec
sufficit. nec est necessaria. 3. quod si per-
tinet ad praelatos. ergo pertinet ad omnes
praelatos. sed non pertinet ad omnes pre-
latos. ergo. ~ 11 ~ 11 ~
Sed contra est quod in lege quae obligat ad alij
quod faciendum sicut et iustum, dispen-
sat Superior. et requirit eius auctoritas.
Dicendum quod iustum est promissio facta
deo de re sibi accepta. quod autem deo
acceptum sit determinare pertinet ad
Praelatum. qui iures dei gerit ut dicitur.
2. corinth. 2. nam et ego. quod donavi si-
quod donavi propter vos in persona Christi.
et per consequens ad eundem spectat commu-
tare. uel dispensare vota. ad sumorem
Christi uel utilitatem ecclesiae.
Ad. 1. R. quod sumus per professionem religio-
nis

nis totam suam vitam deo dedicat et
 eius obsequio addicit. ac prout in deo iura
 omnia in seculo facta in ipsam commuta-
 ta censentur. ut dicitur decretalis. sicut par-
 ticulare includit in generali. Ad 2. q.
 non prohibetur in quolibet casu et in qu-
 o libet poterit Prelatus dispensare nec
 manebit tutus dispensatus sine causa
~~ut supra~~ Secus si ratio dubiasit et appa-
 reat. proprium autem iudicio non debet
 quis commutare aut dispensare iura sua
 nisi in casu quo esset manifeste illy-
 citum quod iuratur. et non possit oportu-
 ne ad superiorem recurrere. Ad 3. q.
 Summus Pontifex ob plenitudinem potes-
 tatis in ecclesia dispensat in omnibus dis-
 pensabilibus iuris. inferioribus autem pre-
 latis est potestas ad commutandum vel
 dispensandum minima iura que commu-
 niter emitti solent. et facillime ad su-
 periorem postulans recursum.

aut commutare

Quaestio 39 De Iuramento in decem Articulos divisa

Ar. 1. Vm iurare sit Deum tes-
tem invocare?

Et videtur non quod sic quicumque adducere sa-
 cras scripturas auctoritatem, ut potest dei testi-
 monium iurare, quod non est dicendum.
 2. quod qui alium adducit in testem nihil
 ei reddit. iuramenta vero reddunt deo
 ut

Summula D. Thomae

ut dicitur Matt. 5. et Augustinus ait
q. iurare est ius veritatis deo reddere /
3 q. aliquando iurando iuramus de
iure ut iudicem. et non ut testem. iux
ta illud psalmi. si reddidi retribuere tibi
mibi mala decidam merito ab inimicis
meis inanis)

Sed contra est Augustinus in sermone
quodam de periculis. dicens. quod est iuro
re perire iuram. nisi testis est deus.

Dicendum q. iuramentum introductum
est ad aliqua particularia contingentia
comprobanda. quae ex principiis naturali
ter iuris scientificè comprobari nequeunt
testimonium autem summi ad eius
modi comprobationem est insufficientis
tum q. mentiri et falli potest. tum q. de
fuerit et ab ea cognitionem. cum nec
conditio abscondita. nec futura. nec absen
tia certo scire possit. ac proinde deum
summi in testem. quod est iurare qua
si pro iure ad confirmandam veritatem
introductum. iuramentum autem
si inducat ad confirmanda praeterita. vel
praesentia dicitur assertorium. si vero ad
futura dicitur promissorium. ad necessaria
vero vel scientificè cognoscenda iurame
ti confirmationem adducere derisibile
esset.

Ad. i. R. q. cum adducimus ~~testimonium~~ auctoritas
sacrae scripturae utimus testimonio de iuramentum

dato. cum uerum iuramus imploramus il
 lud / Ad. 2. q. dicimur iuramentades
 reddere quatenus implemus ea. uel
 quatenus per ea deum profitemur om
 nia uoluisse etc / Ad. 3. q. ad hoc adducit
 quod in testem ut ueritatem manifestet
 quod deus adiuratus facit. uel per inter
 num conscientie testimonium. uel per
 ueritatis manifestationem. aut etiam
 per poenam mentientis qui casu est si
 mul iudex et testis. unde dupliciter con
 tingit iurare scilicet. aut per simplicem
 dei contumeliam. aut per execratio
 nem dum quis se aut aliquid ad se per
 tinentis ad poenam obligat ut sit uerum
 quod dicit / 11.

Ad. 2. Vm sit licitum iurare?
 Et uidetur q. non q. matth. 5. omnino pro
 hibet. et Iacobus 5 / 2. q. matth. 5. dicit
 et sit sermo uester est est. non non quod
 autem his abundantius est a malo est /
 3. q. iurat uideat exquirere signum diu
 ne providentis. et tentare deum, quod est
 illicitum ut constat deuter. 6.

Sed contra dicit ibidem dominum deum
 tuum timebis. et per nomen eius iurabis.
 Dicendum q. iuramentum licitum est tunc
 ex origine q. introductum est ex fide et
 reuerentia hominum ad deum. tunc ex fine
 ad iustificandum homines et terminan
 UVA. BHSC 845

Summula D. Thomae

Das licet ut dicitur legi. 6. Potest autem concedere in malum iurantis (sicut et sumere eucharistiam, quod in se tam bonum est) si fiat sine necessitate et debita deo reuerentia. et imminet etiam periculum peccati, ut Iacob. 3. et eccl. 23 dicitur ac proinde iuratori non est assuescendum.

Ad. 1. R. q. Augustinus lib. contra mendacium ostendit licitum esse iuramentum dum Paulum iurasse legimus. dicit autem non esse iurandum omnino, ne facilitate iurandi ueniamus in consuetudinem, et ex hac in peccatum prolaberemur. Et idem Paulus non legitur iurasse nisi scribens, ubi consideratio cautionis habet linguam precipitem. / Ad. 2. R. cum Augustinus lib. de serm. domini in monte. q. si cogimur iurare ad persuadendum alijs ex illorum non ex nostra infirmitate est. Unde non dicitur et quoddam plus est malum est, sed a malo est.)

Ad. 3. q. iurans cum necessitate aut utilitate non tentat deum. deus autem testimonium perhibebit de re pro qua ad iuramentum iurauit. i. uerit. 4. manifesta uerit. consilia cordium. neq. eiusmodi testimonium ulli iuranti deficiet. uel pro eo. uel contra eum.

Ad. 3. Vm conuenienter ponantur tres comites iuramenti. i. iustitia, iudicium et ueritas.

uel in presenti
uel in futuro

Fuit de q. d. q. q. ueritas est pars iustitiae
 secundum Iulium. iudicium autem est
 actus iustitiae. ut supra dictum est. Si q.
 etiam deus et fides de dei infallibili-
 tate requiruntur. 3. ut inquit ad. Timothe-
 5. praedicta tua necessario requiruntur ad
 bonitatem quorumcumque aliorum huma-
 norum actuum. ergo omnia est q. magis associen-
 t. iuramento.

Sed contra^{ut} Hierem. 4. iurabis uiuere domi-
 nus in ueritate. in iudicio et in iustitia
 ecclie Hierem. 4.

Dicendum q. ad bonum usum iuramenti
 requiritur ex parte iurantis iudicium neces-
 sario discretio. et ex parte autem rei iura-
 ti requiritur ueritas. et q. sic iusta nihil
 iniustitiae contra proximum continens
 unde iudicio caret iuramentum incautum
 ueritate iuramentum mendax. iustitia
 autem^{caret} iuramentum iniquum siue ille-
 gitimum.

Ad. 1. De q. nec iudicium sic sumit prout
 est actus iustitiae. neq. ueritas prout est pa-
 rtis iustitiae. sed prout est conditio ueritatis.

Ad. 2. q. illa pertinent ad iudicium siue
 et alia que requiruntur ad debitum modum
 iurandi. possunt tamen diu q. iustitia perti-
 nec ad causam per quam iurat. Ad. 3. q.
 si conditioes specialiter assignantur iura-
 mento q. alijs humanis actib. de magnitu-
 dinem dei in testimonium uocati. et de lin-
 que labilitatem cuius uerba iuramento
 firmant.

Summula D. Thomae

Ar. 4. Vm iurare sit actus de
Legionis siue Latiae?

non

Et uidetur quod actus latius sunt circa res di-
uinas. Iuramentum uero circa contrasuer-
sas humanas terminandas uel uel hebr
6) 2. quod Religio aliquid deus reddat ut
dicit Tullius. per iuramentum uero ni-
hil deus reddimus. sed ipsum adducimus
in testem. ergo 3. quod finis iuramenti
non est cultum et reuerentiam deus offer-
re. sed aliquid confirmare.

Sed contra dicitur. 6. dominum deum tu-
um timebis. et illi soli seruias. (scilicet
seruitute latius) et per nomen illius iura-
bis.

Dicendum quod cum iuramentum induca-
t ad confirmationem alicuius rei per
testimonium maioris. et ideo est habitus ue-
ritatis subiecti deus in ipso deum reue-
remur et colimus. ut hebr. 6. ait Aposto-
lus. et ad idem et Hieronimus in matth.
et Philosphus in 1. metaphysice.

Ad 1. Per quod iuramentum pertinet ad reli-
gionem ratione diuini testimonij. quod in-
ducit. non ratione eius superius inducit
aut quod mouet ad iuramentum | Ad 2. ex
dictis quod ex hoc ipso quod iuramus per deum tan-
quam maiori reuerentiam exhibemus | Ad 3.
quod in hoc quod proximum utiliter certioramus
deum reueremur. sicut et ipse ad suam glo-
riam et utilitatem operatur utilitatem.

Ar. 5. Vm̄ iuramentum sit ap-
petendum, et frequentandum
tanq̄ utile et bonum?

Et videt̄ q̄ sic. q̄ siue iuramentum est actus la-
tus et laudabile aliquid ex utro facere
sic et iuramentum est actus latus | 2
q̄ Hieronimus super Matt̄s. dicit q̄ qui
iurat, aut venerat, aut diligit deum, quo-
rum utrumq̄ est appetendum | 3. q̄ con-
firmare dictum suum. et certiorari proxi-
mum ad quod iuramentum ordinat lau-
dabile est | etc

Sed. contra eccl̄. 23. et Augustinus in lib.
contra mendacium.

Dicendum q̄ cum iuramentum non que-
rat nisi ad subueniendum defectui, scili-
cet quo unus homo alteri discedit om̄n̄
est perse appetendum. sed quando neces-
sitas postulauerit. quemadmodum me-
diana quecūq̄ tanq̄ necessaria saluti
ut ostendit Augustinus in lib. de sermō
nedominij in monte.

Ad. 1. R̄ q̄ per iuramentum aliquid inde iur-
uerentiam ordinamus. in iuramento ve-
re seruato. reuerentia diuini nominis
assumit ad promissi confirmationem |

Ad. 2. q̄ qui iurat utro deo dilectore
uel veneratore Dei, per quem iurat. m̄
tamen ordinat iuramentum ad dilectio-
nem dei. aut eius reuerentiam | Ad. 3. q̄

^
vix multum iur.
x. iniquitate -

^
non perse

Summula d. Thomae

Sicut medicina quae virtuosior est pe-
riusior si indebitè sumat. sic et iura-
mentum, ut immo eccl. 13 ~

Az. 8. Vm Sicut per creaturas
iurare? ~

Et videtur quod non. q. 2. Matthe. 5. iuxta ex-
positionem Hieronimi per eas non per-
decem iurare prohibetur, dum dicitur non
iurabis per celum et terram, etc. nec per ca-
put tuum / 2. q. 22. q. 1. imponit
poena etiam excommunicationis clerico
per creaturas perseveranter iuranti /
3. q. 2. actus latro. qui nulli creature
debet ut patet Roman. 1.

Sed contra est q. Joseph. genes. 42. iuravit
per salutem Pharaonis. et ex consuetudi-
ne contae. qua per sanctos etc. iuratur.
Dicendum q. iuramentum per simplicem
contumaciam veritatis potest fieri per
abusas (ut N. g. per euangelium. aut per
sanctos) in quantum in eis veritas divina
reliquit et manifestat ut contenta. aut
credita. iuramentum autem per exora-
tionem fit per creaturam aliquam tanquam
per iudicium dei in ea exercendum. ut
iuravit Paulus. 1. cor. 1. ego testor de-
um in uobis. et animam meam. Joseph au-
tem utroque modo potest dici iurasse per salu-
tem Pharaonis ~

Ad. 1. R. q. ubi prohibetur iuramentum
per creaturas quatenus eis exhibetur reue-
rentia divina, ut explicat ibidem Hiero-
nimus de iudicis per angelos iurantibus, et
eadem ratione per clericos per creaturas
iurans, quatenus ad blasphemiam infi-
delitatis pertinet. Et per hoc R. ad 2.
Ad. 3. q. cultus latris exhibetur ei cuius
testimonium iurando invocatur, et sic pro-
hibetur exod. 23. iurare per deos externos
et similiter dixerunt de iuramento per
creaturas.

Ar. 7. Vm iuramentum habeat
vim obligandi?

Et videtur quod non quia iuramentum de futuro
verum est etiam si non eveniat quod iu-
rat. sicut constat in Paulis. 2. corinth. 1.
qui non perrexit Corinthum. sicut dixerat.
2. q. quandoque potest esse iuramentum de
opere contractu virtutis, aut de non exe-
quendo actu officio. 3. q. quandoque quis
compellitur ad iurandum, non obligabitur
iuramento ut habetur extra de iure iuran-
c. verum in ea est. 4. q. quandoque iu-
rans interdicit aliud immo oppositum e-
ius quod cui iurat exposuit, et potest ob-
ligari ad opposita.

Sed contra Matt. 5. reddes dominum iurame-
ta tua

Dicendum q. obligatio iuramenti assertoria
de presentibus scilicet et de presenti non est res

pecturej de qua iuratur qz carnes uel fuit
sed respectu actus iurandi. ut scilicet iuret
~~uere~~ id quod carnes uel fuit. In iuramen-
to autem defuero obligatus cadit super
ipsam rem que iuratur, ^{et hoc} in his que facienda
sunt per illum qui iurat ac prout tene-
re quantum in se est facere quod iuravit
ut ueritas iuramenti seruetur. nisi iurame-
to defuerint aliquid cōmites discretis rimi-
um iudicij. et subtra $\times \parallel \sim \parallel \sim \parallel - \parallel \sim \parallel$

Ad. 1. R. q. aliud est loqui de obligatione
simplicis uerbi. aliud de obligatione iura-
menti ad quod tenemur facere quod in u-
bis est. nisi uerget in deterorem exitum)

Ad. 2. q. qui iurat id quod a principio uer-
get in deterorem exitum ^{et} est peccatum
ut qui iurat se commissurum adulterium. et
iurando. et implendo peccat. si tamen iu-
rat se facturum quod impedit maius bonum
peccat iurando sed non peccat implendo et
idem est si iuret se refacturum aliquid
supererogatum bonum. Si uero uerget in
deteriorem exitum ob aliquid postea emergens
Sicut quando iuratur fuerit licitum. non
est implendum postea, intelligendum enim
est cum debita conditione. quod defuit iura-
menti Herodis puellis factis. ut Ambrosius
ponderat lib. 1. de officijs / Ad. 3. q. in illa ca-
su de obligato iurans ei cui iurauit. sed
non des per quem iurauit. unde in consuetudine
tenet potius damnum temporale pati. ^{et} fide
in

^
iuramentum

des

iuramenti non seruare. poterit tamen quod
soluerit in iudicio repetere. relaxatione
a superiore petita iuramenti. ne vergere
in detrimentum publici ~~interdum~~. et sine
sibi uolunt iura adducta. Ad. 4. q. iura
mentum ut ait Isidorus prestari debet ad
intentionem eius cui iuratur nisi sit ^{sanam} nul
lus talis interueniat dolus ^{q. se} contra ^{q. se} iuramentum
prestatur, ut dicit Gregorius. 27
moral. et etiam dicitur Isidorus explicat.

Ar. 3. Vm maior sit obligatio iura
menti quam voti?

Et uideat quoniam maior sit supra permissum ad
deum diuinum et humanum. 2. q. debi
lius solet perfortius confirmari. et sic uolunt
per iuramentum. 3. q. ueritas dei cui in
iure iuramentum excedit deliberationem
humanam. cui imit uolunt.

Sed contra est q. per uolunt obligat. 2. q. de
per iuramentum autem interdum homini
Dicendum q. tam obligatio uoti q. iurame
ti causat ex aliquo diuino. diuinius tamen
est fidelitas deo debita, q. reuerentia que
in ea includit) ac proinde maior est obliga
tio uoti q. iuramenti.

Ad. 1. R. q. uolunt non est quous permissum
sed de facto. Ad. 2. q. iuramentum non ad
sibi uolunt ut firmius. sed ut per diuinas res fir
mes aut immobiles firmitas habeat. Ad. 3.
q. deliberatio dat firmitatem uoti ex parte
uolentis. habeat autem maiorem firmitatem
ex parte eius cui uolunt fit.

+ si adsit dolus ex parte
iurantis.

ut animi fieri po
tuit ad intentionem
iurantis -
et iuxta eam obli
gabit.

Summula 2. Thomae

Ar. 9. Vm aliquis possit in iura
mento dispensare?

Et videtur q. non q. nullus potest dispen-
sare in veritate iuramenti assertivij-
sed in iuramento promissorio etiam re-
quiri veritas impletoris ergo | 2. quod
se in cuius favorem iurat non potest
relaxare. quia est contra reverentiam
divinam. ergo nullus potest | 3. quod epus
epus potest iuratus (exceptis paucis) dis-
pensare, quod tamen non sic epus potest
cedere in iuramento iuxta iura)

Sed contra est q. in iuramento voto, quod
manus obligatorius dispensari potest.

Dicendum q. necessarium est dispensare
(sicut in lege et iuramento) sic et in iurame-
to.

quando fit in hoc iuramentum ob defectum ius-
titie. aut nocivum ob defectum iudicii

Ad. 1. Pr q. observatio iuramenti in se est in-
dispensabilis et de iure divino dispensatio

tamen fit in materia (non assertivij) que
iam in quamdam necessitatem transit)

Sed promissorio iuramenti. que in aliquibus
eventibus potest fieri in hoc iuramentum. vel nociva

Ad. 2. q. quando id quod promittitur subiu-
ramenti pertinet ad utilitatem eius cui

promittitur. ille potest absolvere a iurame-
to cui promissum facta est. non sic cum prin-

cipaliter fit in favorem alterius. aut de re-
verentiam | nisi forte esset interposita ali-

qua

quando id quod
in se vel iuramentum
saliter considera-
tum est utile et
honestum

qua conditio exi cuius possit etiam
 tunc dispensari. Ad 3. q. cum materia iuramenti
 est illicita non est seruandum neq;
 indiget dispensatione. ^{et} similiter non indi-
 get si sit materia ^{ita} maioris boni impeditura
 ut si quis uiuit se non in tractatum reli-
 gionem sed in hoc casu potest seruare, et non
 seruare iuramentum. Si materia sit du-
 bia licetane sit an non proficua uel no-
 civa potest episcopus dispensare. quod si sit
 manifeste licita et utilis poterit fieri dis-
 pensatio uel commutatio in aliquid me-
 lius ad communem utilitatem faciendum
 auctoritate Papae quae curam habet uniuersa-
 lis ecclesiae. sicut et ad unumquemque
 pertinet irritare iuramentum quod a
 suis subditis factum est, in his quibus eius
 potestati subdunt. ~11~

Universaliter

uel etiam absolu-
 ta relaxatus.

Ad 10. Vm iuramentum impedi-
 atur per aliquam conditionem
 personae uel temporis. et
 uidetur quod non quod uilibet et in quolibet
 tempore conuenit confirmare dictum su-
 um. 2. quod magis est iurare per deum quam
 per euangelia, quamuis uerba Christi
 homines qui per ea iurant maius quod
 fecisse uideant. Sed in commune omnes con-
 siueuerunt iurare per deum. ergo multo
 magis licitum est eis iurare per euange-
 lia. 3. quod idem non causat ex contrarijs
 cau

Et tamen hoc prohibetur
 ergo.

Summula D. Thome

causis. argo si quidam Cur pueri ante
quattuordecim annos. et ~~semel~~ Semel
periuui excludunt a iuramento prop-
ter defectum personę. non debissent
alij prohiberi iurare uel propter dignita-
tem uel clerici. uel propter temporis so-
lemnitatem | 4. q. 2. Angelus (Apo-
lo iurauit periuuentem in secula sequi
seruum) qui longe dignior est Summe et
sanctior etiam Baptista dum uiuebat
in mundo

Sed contra est. q. 2. q. 5. presbiter per san-
tam consecrationem uice iuramenti in-
terrogandus dicit. et 22. q. 5. q. nullus
ex ecclesiastico ordine cuiuslibet quod
q. super sancta euangelia iurare pre-
sumat.

Dicendum q. ob reuerentiam debita
des excludunt a iurando pueri et parui
ij. et ob dignitatem personę cuius iu-
ramento debet fides adhiberi non debent
personę indignitate constitutę cogi ad iura-
dum nec iurare. nisi pro grauissima cau-
sa maxime spirituali. ut Sabat. 2. q. 4
cap. si quis presbiter.

Ad. i. Rr ex modo dictis | Ad. 2. iura-
mentum secundum se magis obligat et
fortius et si fiat per deum. ut dicit August
ad Publicanum. quamuis ex modo et so-
lemnitate adiuncta reddat firmissimum ex
usu et modo fieri per euangelia | Ad. 3

22. q. 5.

q. nihil prohibet aliquid tolli ex contra-
rijs causis, per modum superabundan-
tie et defectus. sicut dictum est. Ad q.
q. induit Angelus iurans non ob defec-
tum ipsius, quasi non sit simpliciter eius
dicto credendum, sed ad ostendendam dei
infallibilem dispositionem. sicut eodem
aliquando iurans induit ut constat hinc

6
**Quaestio 90. De Assumptio-
 ne divini Nominis per mo-
 dum adiurationis. in tres
 Articulos divisa.**

Art. 1. *Utrum liceat adiurare huiusmodi?*

Unde q. non q. ut dicit Origenes super
matt. 3. iurare non licet. nec adiurare
licet. 1. q. constat Princeps
cerdotum illicite adiuravit Iesum per
deum vivum. 2. q. adiurare est quoddam
cogere. quod non licet. 3. q. adiurare
est ad iurandum inducere. quod solum
superioribus licitum est respectu inferiorum.

Sed contra est q. deum ipsum per quosdam
sacra obsecramus eum obtestantes. ut Ap-
ostolus, fideles obsecrat per misericordiam
dei ut patet Roman. 12. quod videtur ad
quendam adiurationem pertinere.

Dicendum q. sicut potest quis seipsum ad
aliquid faciendum iurando ordinare. sic
et alius ad iurando. superiores quidem de

^
Sed ob divinam
reuerentiam in
ducendo

precando inferiores autem imperando
nulli tamen interdendo necessitate imponitur
(quam subis per iuramentum imponit)
~~imponitur interdendo~~ nisi sit superior
qui virtute prebiti iuramenti sub
ditum ad adimplendum compellere
potest.

Ad. 1. R. q. procedit de adiuratione in
ducente necessitatem, quo pacto Pontifex
Christum dominum adiuravit / Ad. 2
similiter / Ad. 3. q. adiurare non est alij
quem ad iurandum inducere, sed per si
multitudinem quamdam iuramentum se
inducti, alium ad aliquid agendum pro
uocare, nec tamen deum sicut Dominus
per ipsius reuerentiam adiuramus, ut in
mutabiles maneamus) nec nostris meritis
sed eius bonitate petita obtinemus.

Ar. 2. Vm Siceat Demones ad
iurare?

Et videtur quod non quod origenes in mattheum
dicit hoc non esse per secundum potestate
datam a saluatore, sed iudaicum quod
2. quod hoc sit necromanticis incantatio
nibus, quod illicitum esse constat / 3. quod sic
societatem cum ipsis faceremus, quod pro
hibet. 2. corinth. 10.

Sed contra dicit marci ultimus in nomine
meo demonia eiciunt, sed inducere aliquem
ad aliquid agendum propter nomen diuini

est ad iurare. arg. | Dicendum q. per
 modum deprecativus vel inductivus,
 ob reverentiam alicuius sacri, non licet
 nobis de iure ad iurare ^{eorum} ~~cum~~
^{ut ait Aug. 3. de trinitate} ~~ut ait Aug. 3. de trinitate~~
 sed solum angelis ^{Sicut}
 v. sed bene per modum compulsivus re-
 pellendo ^{est} ne nobis corporaliter, aut spiri-
 tualiter nocuerit. sicut in impu-
 tatione datam ~~nobis~~ Luc. 10. super ser-
 pentes et inimicos eius mundi, ne quid vobis
~~noceat~~. non tamen licitum est eos ad iu-
 rare ad aliquid ab eis ad discendum, vel per
 eos obtinendum (quod hoc esset cum eis soci-
 etatem habere. nisi forte ex specialis reve-
 latione divina sicut legitur de beato Iaco-
 bo. q. per deum fecit Hermannus ad
 se adducere.

~~secundum~~
~~et~~
 de jure

Ad. 1. R. q. procedit de ad iuratore depre-
 cativa, et benevola | Ad. 2. q. ne christiani
 tui ad iurant eos ad ad discendum vel ad ipis-
 cendum, quod non licet. ut f. b. d. l. h. m. d. i.
 ut m. a. i. 2. | Ad. 3. q. procedit de ad iu-
 ratione ad aliquid agendum vel cognoscen-
 dum. Non de ad iuratore compulsiva
 qua potius ~~inducit~~ ab eis societate re-
 cedimus.

Ar. 3. Vm licet irrationalem
 creaturam ad iurare?

Respondet q. non sic per locutionem quam
 uanum et illicitum videtur dirigere ad crea-
 turam, que locutionem percipere non potest

2. qz iurare non pertinet ad creaturam
irrationalem. ergo neqz ad iurare | 3. qz
nec deprecando (ut constat) neqz absecran-
do (ut uidetur) possumus irrationales creatu-
ras ad iurare quibus imperare non possu-
mus. sed dominus ut constat Mat. 23.
Sed contra est q. Symon et Iudas legunt ad
iurasse dracones. et eis precepisse ut inde
serpentem locum descenderent.

Dicendum q. ad iurare irrationabiles crea-
turas secundum se ipsas uanum esset et illi-
citurum, non tamen prout mouentur ad id ^{per} sic
~~etiam~~ per modum deprecationis ad iuranc. ammau-
~~etiam~~ ~~facientibus~~ (q. eadem est alius facientibus
mobilis et mouentis). nec prout mouentur
a demonibus qui patet licitum est eas ad iu-
rare per modum compulsionis (ut fit per
exorcismus ecclesie) ut ab eis demones in-
centes nobis prouelpellant. Et per hec
patet Responsus ad obiecta.

^
cum eadem sit
alio mobilis et
mouentis)

Quaestio. 91. De assumptione
Diuini Nominis ad inuocan-
dum per orationem uel
laudem. In duos art. diuisa

Ar. 1. Vm Deus sit ore laudandus?
Et uidetur q. non. qz in 1. et sic. dicit q. opti-
mum non est laus. sed aliquid maius et
melius. et eccl. 43. dicit q. deus est maior
omni laude) 2. qz uide uenerandus est.
unde

unde matth. 15. dominus inducet illud. //
 isai. Contra quosdam populos tunc la-
 bijs tunc sonat. coram tunc est longe est
 a me. 13. qz qz summes ad huc ore laudā
 & ut ad meliora p̄uocent ut constat
 psal. 27. ac deus nec mutari. nec meli-
 orari potest.

Sed contra est q̄ dicit in psalms et labijs
 exultationis laudabit os meum.

Dicendum q̄. Verbis utimur ad summes
 ut illis innotescant nostri conceptus. ac p̄
 unde ore eos laudamus ut in virtute crescat
 et alij de eis notitiam habentes ad meliora
 p̄uocent. ad deum autem (qui respecta-
 tor est cordium) verbis utimur et laudibus
 oris ut affectus nostros inueiamus in ip-
 sum ascendentes. et ^{ut} audientes ad eadem
 incitemus. iuxta illud psalmi sacrificium
 laudis s̄ sacrificabit in me. et illic iter. quod
 ostendam illi salutare meum. et alibi. sem-
 per laus eius in ore meo. audiat in mansue-
 ti & letent. magnificate dominum mecum
 et ad idem est isaias. 43.

temporalia relin-
 quendo →

Ad. 1. Pr̄ q̄. p̄cedit de deo secundum suā
 essentiam (iuxta illud psalmi secundum
 translationem Hieronimi tibi sicut laus deo
 et redderis tunc servus latius in syon) nō
 uerū secundum effectus. quibus ad ipsam
 ordinamur ut isai. 63. habet. et explicat
 Dionysius. primo cap. de divinis nominibus.
 Ad. 2. q̄. laus oris sine laude cordis inutilis
 est

Et laudanti excitat tamen ipsum. Et
alios prouocat ad deum laudandum. Ad
3. q. deum non ob suam, sed nostram lau-
damus utilitatem.

Ar. 2. Vm̄ in diuinis laudibus
sint cantus assumendi.

Et uidetur quod non quod solum in hymnis psal-
mis et canticis spiritalibus debemus de-
um laudare ut dicit Coloss. 3. ergo non in
canticis corporalibus. 2^o quod ad idem uidetur
esse Hieronimus ad ephess. 5. in illud ca-
tantes, et psalentes in cordibus vestris
non mensure in ecclesia theatrales moduli
gubtare limiti audiant. 3. quod laudare
deum conuenit pusillis et magnis. ut Sa-
ber Apoc. 19. sed maiores, qui sunt in ec-
clesia non debent cantare. ut dicit Gregorius
quod distinct. c. in sancta Romana eccle-
sia. 4. quod in iustis legelaudabat deus
in musicis instrumentis iuxta illud
psalmi. confitemini dominum in cythara
in psalterio decem cordarum psalite illi.
cantate ei canticum nouum, sed illis in-
strumentis non utimur. ne uideamur in-
uidare. ergo neque canticis utendum est.
5. quod cantus exterior dum ei attendit im-
pedit interiorum deuotionem, et minus
percipitur. quod cantat.
Sed contra est quod beatus Gregorius in ecclesia
medularenti cantus instituit ut refert

Augustinus in 9. Confessione / Dicendum
 cum Philosopho in 8. politico. et cum Boe-
 tio in principio musicæ. q. animi summi-
 num perscrutari melodias diversimode dis-
 ponunt. ac proinde convenienter illicia-
 tus assumunt in Laudes dei, quibus ad
 ipsius deustionem provocantur. ut in 9.
 et 10. confessione de se testatur Augustinus.
 Ad. 1. q. etiam exteriora cantica spiri-
 tualia dicuntur quatenus per ea exteriora
 utitur provocat / Ad. 2. q. Hieronymus
 cantica sed modum theatricum cantan-
 di reprehendit ob delectationem aut os-
 tentationem. et ad idem est Augustinus
 10. confessione. seipsum reprehendens cum
 magis afficit modo cantandi. q. rei. que
 cantat / Ad. 2. q. Gregorius tantum in-
 tendit q. diaconi et Presbyteri qui ministerio
 in altari doctrine. et prædicationis debent
 incumbere, non sunt cantationi assuefa-
 ciendi / Ad. 4. ex Philosopho 8. politico. q.
 fistulæ et similia instrumenta ad delecta-
 tionem corporis magis q. animi deserviunt.
 ac proinde ob hanc causam populo illi carna-
 li usus deserviebant. præter hoc tamen al-
 tius aliquid præfigurabant / Ad. 5. q. cum
 quis solum in modis cantibus delectatur abs-
trahit a devotione sine devotione eorum
que cantantur, alias si ex devotione cantet
 ex cantus suavitate iuvat. Sed magis ad can-
 tata afficit. et idem de audientibus dicitur
 est. quamvis ea, que cantantur non intelli-

¶ Nunc in ecclesia sanc-
 ta ad divinum cultum ad-
 hibentur.

Quaestio 9. De Vitijs Religi-
oni oppositis, in duos art. div.

Art. 1. Vm superstio sit vitium re-
ligioni contrarium?

Et videtur quod non. quia Religio ponit in super-
stitionis definitione dicitur enim Superstitio
religio supra modum seruata. ut cons-
tat ex glossa Coloss. 2. 2. quia ut dicitur
dorus lib. etiam ex Tullio superstitio si
dicebantur qui totus dies immolabant ut
sibi filij superstites fierent. quod et nunc
sicut fieri potest. 3. quia superstitio quon-
dam excessum importat tunc videtur quod
religio non potest competere cum secu-
larium eam nequaquam debet deo reddere vo-
luntatis.

Sed contra est quod Augustinus dicit in lib.
de decem ciuitatibus.

Dicendum quod cum Religio sit virtus mo-
ralis uersa circa medium. medium ue-
ro excessus uel defectus contingit non
solum in quanto, sed etiam si cui non de-
bet aut quando non debet actus religio-
nis exhiberi.

Ad. 1. Per quod sicut metaphysice bonum
dicitur etiam in malis. ut bonus Sator sicut
superstitio dicitur esse religio. et prudentia su-
mie pro astutia. Luc. 16. Ad. 2. quia super-
stitio etiam logice sumit ad significandum
a religione. ut a quo. non tamen ipsam signi-
ficat. quia uidetur a quo non imponitur. et ali-
ud. cui uel ad quod significandum imponitur.

Ad. 3. q. Religi non potest habere excessum secundum quantitatem absolutam bene tamen secundum quantitatem proportionis ut puta si in cultu divinis fiat aliquid, quod fieri non debet.

Ar. 2. Vnde sint diverse Religionis species?

Superstitiosis

Unde q. non q. Religi cui opponitur non habet multas species / 2. q. opposita sunt circa idem ergo cum Religi sit circa eadem, Superstitio non potest esse circa aliquas divinationes humanas & adventum, aut observationes humanas & altum / 3. q. q. 1. 2. Superstitio nempe explicat per simulatam religionem, ergo etiam simulata potest habere species seu Superstitiosis.

Sed contra est Augustinus. 2. de doct. chr. Dicendum q. Superstitio transcendit virtutis medium secundum aliquas circumstantias ut dictum est. quae si referantur ad diversa obiecta, vel diversos fines variant peccati species. Unde ex parte obiecti primo Superstitiosis species est ut de cultum modo indebitis exhibere: vel ei cui exhibentur non sit seculae creaturae ut hoc est aliud Superstitiosis genus. quod in multis speciebus dividitur secundum diversos fines divinitus. scilicet in idolatriam, divinationem, et Superstitiosam observationem, quae tria tangit August. in. 2. de doctrina christiana

Summula D. Thomae

na. / Ad. 1. R. ex glossa. 4. cap. de
divin. rum. q. cum bonum sit ex integra
causa malum vero ex particulari defec-
tu utriusque plura et diversa vitia op-
porunt. Verbum autem Philosophice
rum habet. in oppositis, in quibus est
eadem ratio multiplicationis / Ad 2. q.
divinationes et observationes eiusmodi
dependent ex aliquibus operationibus
sensitivum. et sic pertinere ad quendam
partem cum eis inita / Ad 3. q. illa simu-
lata religio est cultus deo vero secundum
aliquam traditionem in debito modo ex-
hibitus.

Quaestio 93. De speciebus super-
stitionis in duos artic. divisa

Art. 1. Vm in cultu veri dei possit
esse aliquid perniciosum?

Et videtur q. non q. ut cumq. colat deus
in vocatur nomen eius. Sed Joel. 2. dicit
q. quicumq. in ius cauerit nomen domini
salvus erit. ergo / 2. q. olim iustitiam
legem datum colabant deum, qualitercu-
q. eis placebat. Unde genes. 28. Isaac
p. vobis se obligavit ad cultum dei speci-
alem. ergo et nunc nullus erit pernicio-
sus / 3. q. p. diversitate ecclesiarum sunt
diversi ritus colendi deum. Laudabiles et
tolerandi. ut Gregorius scribit Augustino
Epis

episcopo anglorum | sed contra est Aug¹
in epistola ad Hieron. et Sabellum in glossa
ad galat. 2. dicens q. Legalia (quae ad cultu
eius pertinent) diuulgata lege euange
lij sunt mortifera.

Dicendum q. mendacium (ut lib. contra
ipsam dicit Augustinus) etiam consistit
in rebus. et hoc dupliciter nimirum
aut ex parte rei significatq. et sic menti
unt qui ceremonias iudaicas obseruāt
significantes Christum mundum uenisse
nec fuisse passum. Secundo modo ex parte
colentis contingit mendacium (et hoc
praecipue in cultu israhel. qui per minis
tros exhibet in persona ecclesiae) quando
traditio in Summae nomen religionis
applicat. ut tradit Ambrosius. et dicit
glossa ad colos. 2.

Ad. 1. Quod qui non inuocant deum in
spiritu et ueritate ut dicit Iohannes. et
non uolunt ipsum | Ad. 2. q. ante legem
iusti per interuicem dei instructum ad ip
sum colendum mouebant. postea uero le
ge instructi sunt et ea tenent | Ad. 3. q.
illud illud consuetudines ecclesiarum in nullis
uentati repugnant.

Ad. 2. Vm in cultu dei possit esse
aliquid superfluum
Et uidet quoniam quod quantumcumque a nobis
glorificet superua lebit adhuc ut dicit ec
cle

Summula D. Thomae

desistat 43 / 2. q. exterior cultus per-
tinet ad fidem, spem, et charitatem. sed
in his non potest esse aliquid superfluum
ergo / 3. q. ad dei cultum spectat ei red-
dere, quod quid ab eo accepimus. ergo quid
quod ei reddamus non erit superfluum.
Sed contra est Augustinus in 2. de doctri-
na Christiana dicens q. etiam in sacris
scripturis superstitionis fragmenta repug-
nat uerus Christianus. // // //

Dicendum q. secundum quantitatem
absolutam nihil potest esse superfluum
in cultu diuino, bene tamen secundum
quantitatem proportionis, q. non pro-
portionalis fini scilicet gloriae dei. subie-
ctioni mentis ad ipsum, et carnis macera-
tionem, conformiter ad ecclesiae institutio-
nem, et consuetudinem communem, quae
pro lege habenda est ut dicit Augustinus
praecipue lib. de uera religione inducens
illud Luc. 17. regnum dei intra uos est.

Ad. 1. R. q. in ipsa dei glorificatione ex-
cludit superfluitas ut dictum est / Ad. 2.
q. in actibus exterioribus poterit aliquid repe-
ri, quod ad illas interiores virtutes non
pertineat / Ad. 3. q. procedit de superfluo
quo ad quantitatem absolutam.

Quaestio 94 De idolatria in
quattuor articulos diuisa

Utrum autem cum idolatriis sit communica-
dum? dictum est supra, cum de infidelitate

ut Augustinus
dicit in encicli

(quibus maxime
deus colitur)

Art. 3. Vm idolatria recte ponatur
superstitionis species?

¶ videtur q. non q. sicut hereticus sit
infidelis sic et idolatru. sed huius est spe-
cies infidelitatis. ergo et idolatria non
autem superstitionis / 2. q. Latra q.
religionem pertinet. cui opponitur super-
stitionis. idolatria autem uniuerse uidet
ur ad cultum veri dei et falsorum deorum
sicut appetitus beatitudinis ad appeti-
tum uere et falsae beatitudinis. ergo ido-
latra non est species superstitionis / 3
q. immolare idolis (sicut et ipsum ido-
lum nihil est) ut ait Apostolus. 1. cor.
8. et 10. ergo et idolatria nihil est et non
sua species / 4 q. etiam creaturis ex-
hibere diuinum cultum ad idolatriam
pertinet. ergo potius deberet Latra crea-
turarum nominari.

Sed contra est auctoritas Pauli. ad
cut per somnum. vel spirituales
sicut per contemplationis ueheme-
ntiam. quae ad modum de Petro legitur
actus. 10. quod cum oraret in conuiculis fac-
tus est in excessu mentis. vel virtute
diuina sapientie. secundum illud e-
zechiel. 1. facta est super eum manus
domini. ut tunc tamen quod eius mo-
di abstractus a sensibus quando quod est o-
mnimoda et perfecta. quando quod autem
imperfecta ut scilicet aliquid percipiat per prophetam
sensibus non tamen plene discernat.
quae exterioriter percipit. absque quae ima-
ginabiliter uidet.

Ad. 1. R. ex dictis / Ad. 2. quod quando in
suo actu mens intendit circa dispositio-
nem vel iudicium sensibilem non
oportet quod a sensibus abstrahat / Ad
3. quod non sic abstractus a sensibus nisi qu-
ando mens eleuat ad contemplandum
aliqua sublimiora / Ad. 4. quod in ipsa
reuelatione prophetae subdicitur spiritus inuenit
prophetae. sed subdicitur eius spiritus quia
trium

tum ad prophetiam enunciationem
de qua ibi loquitur Apostolus. non sicut contingit
acceptis aut factis si prout mentiti
sunt Priscilla et Montanus.

Ar. 4. Vm̄ Propheta semper co
gnoscat ea quae prophetant.
Et videtur quod semper. quod in superius dicitur
Augustinus. quod in prophetis necessarium
est accedere mentis intelligentia. 2
quod qui lumine naturali seu aliquo
non ignorat se sine illud. 3. quod 2. Pe
tri 1. dicitur quod attendimus prophetas ser
monem tanquam lucernam lucenti. sed nihil
potest alius illuminare nisi in se sit
illuminatum. ergo.)

Sed contra est quod Ioannes u. Caiphas
a se nec ipse non prophetavit de mor
te domini.

Dicendum quod in revelatione prophetica
mouet mens propheta ab spiritu sanc
to sicut instrumentum deficiens. et
inde etiam veri prophetae non omnia
cognoscunt quae in eorum visis aut ver
bis aut etiam factis spiritus sanctus in
tendit. Sic enim tribus modis mouet
mens prophetae. aut simul omnibus aut
aliquibus uel aliquo eorum. et si intelligat
quod per visionem seu illuminationem
quam apprehendit. per locutionem aut
factum spiritus sanctus intendat dicitur
vere propheta; si minus dicitur sapere

tribus

Summula d Thomae

instinctum propheticum. pro quibus
spūs domini loquitur loquuntur loca scripturae. 2. Reg. 23. Hic
cunctus est per me / remig 13. de limbarij intellectu / et
larnis de captha q seipsum propheta
et per hęc facit Responso ad obiecta
quę loquuntur de veteris prophetis -

Quaestio 174 De divisi
one Prophetę in 6. arti

culos divisa ~
Ar. 1. vñ conuenienter diuidat
Propheta in Prophetam p̄des
tinatus de j. Pręscientiæ. et
cōminatoris.

Fundat q inuenienter a glōsa
mactis. i. sic diuidat. qz cōmune est
omnib; prophetis q legant in libro pu
cientię de j. ergo non est membrum di
uisiōnis / 2. qz etiam est propheta
secundum p̄missiōnem sicut et cō
minatoris. ut Hierem. 13. denotat
constat / 3. qz Isidorus ^{dicat} in lib. 2
Etymol. septem genera prophetę. scilicet
1. extassis. i. mentis excessu. ut in Pe
tro. Secundum visu. Isaia. tertium ge
nus somnium ut in Iacob scala. quar
tum per nubem sicut ad moyses ubi qua
bat deus. Quintum est vox de celis si
cut ad Abraham ne mittas manum in
puerum. Sextum genus accepta para
bola. ut apud Baalam. Septimum re
pletu spiritus sancti. sicut pene apud o
mnes

ue dicit glōssa
Isai 38

quod sup sunt

omnes prophetas. Et ponit etiam tria
genera visionum. scilicet secundum
oculos corporis. secundum spiritum i-
maginarium. et tertium per intuitu
mentis. ergo predicta divisio est insuf-
ficiens.

Sed contra est auctoritas Hieronimi
cuius dicitur esse glossa
dicendum quod cum species habituum et
actuum determinantur ab objectis. et obiectum
tunc prophetie sit id quod est iniquitas
ne divina supra humanam facultatem
existeret per se. hinc differentiam tu-
m assignata dicitur. nimirum quod
res autem in se sunt in suis causis et sic
et prophetia immutabilis. aut ut in se
ipsa fieri a deo et sic et prophetia pre-
destinabilis que solum est bonorum. aut
ut fieri a libero arbitrio et sic et pro-
phetia prescientie. que est bonorum et ma-
lorum. quod tamen predestinatio sub prescien-
tia comprehendit idem in glossa in prin-
cipio psalterij ponit duplex tantum pro-
phetie species. scilicet secundum prescien-
tiam. et secundum immutabilitatem.
Ad. 1. Quod prescientia immuniter sum-
pta extendit ad omnem prophetiam. Ad
2. quod prophetia promissiva sub immuta-
tione continet quod deus promittit et ad rela-
xandam poenam. quod ad subtrahendam bene-
ficiam promissa. Ad. 3. quod Isidorus distin-
git prophetiam secundum modum pro-
phetandi secundum potentias in grossi
ti

Summula D. Thomae

ut doceat Augustinus
12 super genes

est inas sensum. scilicet imaginatio-
nem et intellectum. et secundum dif-
ferentiam prophetici influxus qui ut
illustrat intellectum significat per
repletionem spiritus sancti. et quantum
ad impressionem formam imaginabi-
lium ponit tria. scilicet somnium. vi-
sionem. et extasim ad altiora. et quoniam
antum ad sensibilia signa ponit reli-
quaria -

Ar. 2. Vm excellentior sit pro-
pheta. que habet visionem
intellectualem. et imaginari-
am. q3 que habet intellectualem
- Tantum? -

Et videtur q. que habet utramque q. su-
videtur dicere Augustinus. 12 super genes
et glossa. 1. corinth. 14. spiritus autem ^{in illud}
loquitur mysteria | 2 q. maioris virtutis
videtur q. propheta a mente ad imagi-
nationem deivoc | 3. q. Hieronimus
in prologo lib. regum ~~et~~ distinguat pro-
phetas contra agnographos. omnesque ⁱⁿ
in illis. quos prophetas simul cum intel-
lectualibus imaginariam visionem habue-
runt | 4. q. Dionis. 4. vel est Hierar-
chie dicit q. divinus radius non potest
nobis elucere nisi iacentes sacrorum ⁱⁿ
velaminum circumvelatum | ^{vel phan-}
Sed contra et glossa in principio psalmi ^{tasmatis}
terij | Dicendum quod cum finis prophetie
~~est~~ sic manifestatus aliquid verita-
tis

in supra naturam Simony. quanto
 eius manifestatus est potius tanto
 propheta est dignior. potior autem
 est manifestatus intellectualis et
 visum beatificum magis similis phar-
 asmatibus non indigens. sicut et ille
 discipulus subtilior ingenio. qui verita-
 tem nude prolatam a magistro intel-
 ligere non indigens rudibus et sensibus
 libris exemplis

Ad. 1. Rr q. illud scire verum quando
 aliqua supernaturalis veritas reve-
 landa est per similitudines corporales
 quibus magis est propheta. qui utrum
 q. scire. Ad. 2. q. in his que quere-
 re propter aliud maior est virtus si pa-
 riter sufficiant. imaginaria autem
 visum in propheta quere ob manifes-
 tationem intelligibilis veritatis

Ad. 3. q. non inconuenit aliquid esse
 simpliciter melius. quod tamen minus
 proprie recipit alicuius predicatione
 sicut cognitio ~~impugnata~~ usq. q. patet
 dicitur fides. et sic cum propheta sit cog-
 nitio obscuritati mixta dicitur proprie
 de ea cui imaginaria deseruiunt. sed
 non dicitur excellentius. Ad. 4. q. in ui-
 ta presenti illustratus diuini radij no-
 sit sine uelaminibus pharasma matie
 qualiumcumq. quandoq. tamen suffi-
 ciunt pharasma mata. que communimodo
 a sensibus abstrahunt. neq. exigite alij

Summula D. Thomae

qua visio imaginaria diuinitus pro-
curata. et sic dicitur fieri reuelatio pro-
phetica sine imaginaria visione.

Art. 3. Vm gradus Propheete pos-
sunt distingui secundum visio-
nem imaginariam?

Respondetur quod non quod imaginaria non
quod nisi propter intellectuale
2. quod unum propheete debet unum gradum
propheete. sed unum propheete fieri reue-
latio secundum diuersas imaginari-
as visiones 3. quod secundum glossam
in principio psalterij. propheetia con-
sistit in dictis factis. somniis et visio-
ne. ergo non magis debent poni dis-
tincti gradus propheete secundum vi-
sionem imaginariam ad quam per-
tinet visio. et somnium. quod secundum
dicta et facta.

Sed contra est quod medium diuersificat
gradus cognitionis sicut scientia pro-
pter quod est altior. quod quod vis autem
imaginaria in visione propheetica est
sicut quoddam medium. ergo ibi.

Dicendum quod propheetia per imagina-
riam visionem tenet medium inter
illam in qua reuelat supernaturalis
veritas absque imaginaria visione. et
illam que fit per intelligibile lumen
sine imaginaria visione. ^{per quod}
ms

mo ad ea cognoscenda uel agendaque
 pertinent ad Simoniam conuer-
 tionem. infimus ergo gradus prophe-
 tie est cum quis ex interiori insti-
 tuum uel ad aliqua exterius facien-
 da. sicut samson iudic. 15. Secundo
 gradus est cum quis ex interiori lu-
 mine illustrat ad cognoscenda ea
 que non excedunt facultatem natu-
 ralis cognitionis. sicut de salomone. 3
 reg. 4. dyspuante a cedon usque ad hys-
 rum. Si tamen duo gradus sunt in-
 fra prophetiam proprie dictam. tunc
 succedit imaginaria in vigilia uisus
 ne. deinde que in somno. Quarta
 uero ad expressionem signorum ma-
 giorum dicensificat prophetia
 in eam que fit per solam uenturam et
 hoc fit altius. eadem de succedit que fit
 per signa ^{que} tantum ex altioribus quibus signa
 sunt magis expressa. sicut Hieremias
 i. illa successiva significabat destruc-
 tionem ciuitatis. Tertius tamen osten-
 dit esse altior gradus prophetie quando
 uidentur non solum signa uerborum uel fac-
 torum. sed uel in dormiendo. uel in ui-
 giliando uidet aliquis prophetam alio
 quomodo. et quibus ostendit excellentiam
 et latitudinem prophetie ex dignitate lo-
 quentis si scilicet sit in specie, Summus, an-
 geli aut dei. isai. 6. uidi omnium sedi-
 tem etc. Super omnes autem istos gra-
 dus

aut percipiunt

Summula d. Thomae

Dus est tertium genus prophetiae
in quo intelligibilis veritas et su-
pernaturalis, absque imaginariavi-
sione ostendit, quae tamen excedit
rationem propter quod dicitur uel dicitur
et ideo consequens est quod gradus pro-
phetiae propter dicitur distinguantur se-
cundum imaginariam visionem.

Ad .i. R. quod in rebus ex diuersitate
imaginandi perpendit diuersitas in-
tellectualis luminis / Ad .2. quod prophe-
ta est per modum transeuntis et si-
diuersis vicibus, et per diuersos gradus
eidem fieri potest / Ad .3. quod illa dicta
et facta non pertinent ad reuelationem
prophetiae, sed ad denunciationem quae
fit secundum dyspositionem eorum qui-
bus denunciat id quod propheta
reuelatum est, denunciatio autem
et operatio miraculorum ~~per modum~~
se habet ad prophetiam.

Art. 4. Vtrum Moyses fuerit excellen-
tior omnibus Prophetis?

Et uideo quod non quod glossa in principio per
alicerij dauidem uocat prophetiam per
excellendam / 2. quod maiorem miracu-
qui etiam fecit laeferu d. i. cap. et isai. cap. 38. et
recedere solem Helias, ut colligitur ecclij. 48. quod sustulit
mortuum ab inferis / 3. quod matth. 3. dicitur
nullus maior Ioanne Baptista / Sed

Sed contrarium dicitur deuteronom. ulto
 Dicendum quod licet quantum ad aliquod
 aliquis alius fuerit maior propheta
 quam moyses. Simpliciter tamen ipse
 est maior. et quantum ad cognitum
 nem ~~judicium~~ in intellectualem
 vidit enim ipsam de essentiam sicut
 Paulus in Raptu teste Augustino. 12
 Super genes. ut etiam invenit numerum
 12. Secundo quantum ad imagina-
 riam visionem, quam quasi ad nutum
 habebat. non solum quantum ad ver-
 ba. sed et videns loquentem etiam in
 specie dei. non solum dormiendo. sed
 vigilando. ut constat. exod. 33. Tertio
 quantum ad enunciationem, quam
 faciebat universaliter toti populo.
 expressa de lege de novo proponens quasi
 alijs prophetis inducentibus ad eam ma-
 lucis. 3. Quarto quantum ad opera-
 tionem miraculorum que fecit toti populo
 infidelium. deuteronomij ultimus ~
 Ad. 1. Quod licet quantum ad intellec-
 tualem visionem dauid expropheta
 attigerit prophetiam moyses. visus ta-
 men moyses fuit excellentior quantum
 ad cognitionem divinitatis. Sed dauid
 plenius cognovit expressis mysterium
 carnationis Christi. Ad. 2. quod miracula
 moyses fecerunt maiora ex parte mundi
 quam toti populo. licet non ex parte substan-
 tiarum. Ad. 3. quod Isarnes pertinet ad miran-
 tes

Summula d. Thomae

testamentum, cuius ministri prefe-
runt etiam ipsi Moysi quatenus magis
revelate speculantes ut habet 2 ad
corinth. 3.

Ad 5. Vn aliquis gradus prophete-
tia sit etiam in Beatis?

Respondet q. sic q. Moyses propheta vidit
divinam essentiam. 2 q. etiam ange-
lus et beatus fuerunt divine revelationes,
3. q. Christus dominus comprehensus
erat et prophetam simonem sermone sermone
notat in patria sua. Matth. 13. | 4 q. de
samuele iam mortuo dicit eccle. 46 ex
altamine usque eius de terra in prophetia
delere impietatem gentis. 57.

Sed contra est. 2. Petr. 1. prophetia qua
si lucerna lucet in caligine & lucet, in
beatis vero nulla est caligo.

Decendum q. cognitio prophetica est uari-
tatis pro uia existentis. hinc autem uel
est ex parte ipsius cognitionis q. ueritas
non cognoscit in se ipsa. uel ex parte ipsi
cognoscentis siue uidentis qui mundum
est totaliter in ultimam perfectionem
adductus. 2. ueritate. 5. unde sic consequens
est q. non possit prophetia reperiri in
beatis.

Ad. 1. Per quod illa uis fuit per modum tra-
sientis passus. non permanentis be-
atitudinis. Ad. 2. q. angelus sit reuelato-
ris tanquam deo ueritatis non procul. Ad
3. q. Christus dominus simul erat uia
62

102 Fuit sic compatibatur ei propheta

Ad. 4. q. Samuel tunc mundum erat in
 statu beatitudinis. q. si non fuit uerus
 Samuel sed solum in existimatione
 Saulis. bene potuit et potest contingere
 ut uerum deum consuleret ipse deus per
 suum nuntium ueritatem enunciet
 sicut per Heliam respondit ueritatem
 nuntius Regis. qui mittebant ad con-
 sulendum deum Achaz. 4. reg. 1.

et altarium

Ar. 6. Vm Gradus propheta qua-
 rientur secundum temporis pro-
 cessum

Fuit et sic. q. uerum Regum per
 successiones temporum creuit diuina
 ueritatis augmentum. 2. q. reuela-
 tio propheta fiebat uerbo et scripto sicut
 Samuel. 1. reg. 3: et usq. cap. 8. post
 quos multos alios propheta communicata
 est. 3. q. dominus. dicit Matthe. 11. lex
 et propheta usq. ad Ioannem. Postmodum
 fuit dominum propheta discipulis Chris-
 ti multo excellentius, q. in antiquis ut
 dicit ephess. 3.

prophetauerunt

Sed contra q. q. moyses perfectissimus
 prophetarum alios prophetas precessit.
 Dicendum q. propheta ordinat ad instruc-
 tionem fidei. et ad directionem morum.
 Et quantum ad fidem deitatis instructi-
 sunt fideles in triplici statu seruicia na-
 ture specialiter in Abraham de unitate
 et omnipotentia dei contra idolatriam

tunc

Summula D. Thomae

super quam fun-
dantur omnia alia
prophetarum re-
uelata -

tunc vigentem. In lege autem ins-
truitur dicitur specialiter de simplicitate dei
per moysen ^{prophetam} exod. 3. et specialiter tem-
pore gratiae per Christum dominum de-
unitatis et trinitatis misterium Mat-
th. ultimum. In singulis autem statutis
priorum revelationes fuerunt excellen-
tiores. De misterio ut constat genes-
26. et 28 | exod. 3 | et Matth. 16. sup-
Sancti Petram etc. | Quantum uero ad fidem
incarnatiouis Christi manifestationem et
quod quanto fuerunt fideles Christi propin-
quiores sive ante sive post ut in plu-
rimum plenius de hoc instructi fuerunt
post alicui plenius quam ante. ut dicitur
ad ephess. 3. | Quantum uero ad di-
uersitatem summarum actuum proph-
etica reuelatio diuersificata est. non secun-
dum temporis processum, sed secundum
conditionem negotiorum, quod ut dicitur pro-
p. 29. in mandecentia propheta dissipabitur
populus. et sic quolibet tempore homi-
nes instructi sunt etiam de agendis pro-
ut expediens erat salutis electorum.

Ad. 1. Per quod gregorius intelligit de tem-
pore ante Christi incarnationem quan-
tum ad cognitionem huius misterij |

Ad. 2. quod in principio regni Assyriorum
existit Abraham ^{5a} et tempore Romarum
perij quod Christus uenit propheta ma-
data ex scripturae ut manifestaretur fieret
ad salutem gentium. idem autem tem-
pore

Summula d. Thomae

tatem. ergo / 3. q. Raptus uolentiam
importat. dicitur autem uolentiam dicitur
certus non regit nos uolentem aut uac
te

Sed contra est Raptus Pauc. 2. uolentiam
uolentiam q. uolentiam uolentiam eleuati
Dicitur q. raptus uolentiam importat
uolentiam auctem ex 3. ethicis. est ap
incipit extrinsecus nihil uolentem
quod uolentem. uolentem auctem uolentem
quod q. ad id in quod tendit secundum
sua inclinationem uolentiam
uel naturalem. ac proinde ille qui ra
pit ab aliquo extrinsecus ad aliquid
ducentem ab eo in quod eius naturam
clinet. ducentem inquam uel quan
tum ad finem inclinationis suae in
superius producit sursum. uel quantum
ad modum tendendi. puta si uolentem
producat deorsum q. sit eius motus na
turalis. et ad hunc modum philo sophia
dum est de Raptu animae. ad poenas. uel
ad superiora cum abstractione sensuum
extra somnum. / eiusmodi auctem ab
tractione ad quae uolentem fiat potest extrinsecus
causa contingere. scilicet corporalis
ex corporis infirmitate. Secundo ex uolentem
tute demerito. tertio ex diuina uolentem
te pro uolentem de eo. huiusmodi uolentem
excedi. 3. dicitur etiam quis in pro
rapi ab his quibus intendebat ob men
tis euagationem. / Ad 1. R. q. Summi
est naturale eleuari ad diuina per sen
si

ut in anephi
tys

substantiam ut dicitur Roman. 1 / Ad 2
 qd ad dignitatem humanam pertinet qd
 divina elevat. neq; est contra naturam
 sed supra facultatem naturae / Ad 3. qd
 dicitur tunc intelligitur quod ad ea quae
 per ipsum humanam sunt facienda ad
 excedentia vero facultatem arbitrij
 indiget fortiori operatione elevari quae
 ex alto potest dici quantum ad aliquid
 scilicet modum ipsum operationis

Ar. 2 Vm Raptus magis per
 tineat ad vim intellectivam

~ qd ad vim appetitivam

Et videtur qd magis ad appetitivam. qd
 dicit Dion. 4. cap. de div. nom. et tunc
 extasi in faciens divinus amor. / 2
 qd Gregorius in 2. dialoq. de prodigo filio
 dicit qd sub se nec ipse cecidit. Petrus
 in extasi ab angelis superavit ipsum
 fuit. Sed filius prodigus per affectum in
 inferna delapsus est. ergo extasi
 qui in superiora rapiunt. / 3. qd glossa
 in expositione tituli psalmi in te domine
 speravi dicit qd extasi sine mentis exces
 sus. sic duobus modis. vel paucis terrenis
 rum. vel mente rapta ad superna et ter
 renis oblita. Sed pauci ad affectum per
 tineat ergo et raptus mentis ~

Sed contra est glossa in illud psalmi ego
 dixi in excessum meo om. h. merida x
 Dicendum qd h. mo. ex hoc qd appetit aliquid no
 rapit sed per se movet et sic raptus pertinet
 nisi

raptus ex parte
 termini ad quem

Summula D. Thomae

nisi ad vim cognoscitivam. Sed tamen
Raptus quantum ad suam causam po-
test esse ab appetitiva virtute nimirum
ad aliquid affectu. quoniam et raptus ha-
bet effectum in appetitiva virtute sci-
licet delectationem. Unde Paulus di-
xit de raptum ad tertium caelum quod
pertinet ad contemplationem intell-
ectus. et ad paradysum quod pertinet
ad affectum.

Ad. 1. R. q. raptus addit supra extasim
haec enim importat simpliciter excess-
um a seipso. Sed Raptus addit supra id
volentiam quamdam. ac proinde ex-
tasis potest ad vim appetitivam perti-
nere. Ad. 2. q. hinc potest fieri extra
seipsum dupliciter. nimirum ex uehe-
mentia appetitus intellectivi ad super-
na. contemptu appetitus sensitivi. vel
etiam ex uehementia appetitus sensi-
tivi ad sensibilia intellectus neglecto
et iste appetitus vel extasis magis ap-
propinquat ad rationem raptus q. primus
q. appetitus superior est. Sed minor pro-
pior. Ad. 3. q. sicut amor est motus ap-
petitus respectu boni, sic timor respectu ma-
li. Unde eadem ratione ex utroque potest
causari excessus mentis. ~ ~ ~ ~ ~
cuius timor ex amore cause. ut ait Aug-
ustinus 1. q. de ciuit. de j.

iuxta quod ut no-
bit de omni. q. cap
de diu. nom. dixit
Paulus uiuus ego
nam non ego.

Ar. 3. vni Paulus in Raptu uident
de j. essentiam?

Fui.

Et videtur quod non quod nec Petrus eam vidit in
 illis mentis excessu actus 10). 2. quod fu-
 isse beatus et ad miseriam finitus in-
 te non redisset / 3. quod in illo raptu habuit
 fidem et spem. quae nonstant cum visu-
 ne esset in deo / 4. quod Paulus ibi dicitur
 vidisse quasdam similitudines scilicet
 tertij celi. et paradysi. ergo potius fuit
 ille raptus secundum imaginariam
 visionem.

Sed contra est auctoritas Augustini lib-
 de videndo deum ad Paulinam de moyse
 et Pauli loquens:

Dicendum quod Paulus non solum refulge-
 nam claritatis divinae essentiae (ut quidam
 dixerunt) sed et ipsam de iudicet essentiam
 ut August. loc. citato. et. 12 super genes
 dicit. Et ipsa Pauli verba testantur. 2. cor. 12
 iuxta ieremiam 31. 64. oculus non
 vidit eam.

Ad 1. R. quod Petrus raptus est ad contemplan-
 dam divinam veritatem. per similitudines
 imaginarias. David per intelligibiles in
 excessu suo. Paulus vero eam in se ipsa con-
 templatus est. quod fuit primus doctor gen-
 tium sicut moyses iudaeorum / Ad 2. quod
 summa gloria in Paulo fuit per modum pas-
 sionis transeuntis, et sic non fuit simpliciter
 inter beatus. nec illa gloria redundavit ad
 corpus. immo raptus eiusmodi quoddam
 modo ad prophetiam pertinet / Ad 3. quod
 post tunc non fuit in eo actus fidei. facta
 in eo fidei habitus est / Ad 4. quod nomine
 tertij celi potest intelligi empyreum quod
 est

est supra aereum. et sidereum / ^{supra} ~~quoniam~~ . Potest etiam intelligi in quod ^{sedere} ~~quod~~ ^{et aqua} ~~quod~~ ^{um.} corporeum sed certum genus sublimius contemplationis post visionem super mundanam corporalem. V.g. in parte de Daniel. 5. et imaginariam. quam vidit Isai. et Iohannes in Apocalypsi. Vel tertium velum est cognitio ipsius dei post cognitionem coelestium corporum. et coelestium spirituum. vel tandem tertium velum potest intelligi in contemplatione dei quae est in angelis certis Hierarchibus. post angelos primos et secundos quae ex glossa. 2. cor. 12. et Augustino. 12. super genes. colligi poterunt.

Ar. 4. vñ Paulus in Raptu fuerit alienatus à sensibus? Et videtur quod non quia Augustinus super genesim dicit existimandum esse quod Paulus voluit deus ostendere vitam qua vivendum est in eternum. sed in beatitudine videmus deum sine abstractione à sensibus. ergo 1. quia nec in Christo in via fruente et beato fiebat abstractio dicitur 3. quia ipse ut constat. 2. cor. 12. eorum quae facta sunt in raptu recordabatur. at memoria ad partem sensitivam pertinet. ut constat ex Philosopho lib. de memoria et reminiscencia) Sed contra est Augustinus super genesim! Dicendum quod visus dei per essentiam non potest fieri nec perphantasmata. nec per

Paulus

speciem intelligibilem creatam. ac pro
inde necessarium debet fieri per abstrac
tionem a sensibus.

Ad. 1. R. q. post resurrectionem in bea
tis fiet redundancia ab intellectu ad
inferiores vires et usq. ad corpus. ac per
consequens anima secundum regula
diuinae visionis intendet phantasma
tibz et sensibilibz / Ad 2. q. in christo
illud factum est dispensatiue. et non
propter aliquem defectum ex parte in
tellectus / Ad 3. q. in Paulo post raptu
remanserunt species intelligibiles ha
bituales quibus recordabar. nec pote
rat totam illam cognitionem. aut co
gitare. aut verbis exprimere.

falti

Ar. 5. Vm anima Pauli in sta
tu illo fuerit totaliter a corpore
separata?

Fuerit q. sic q. 2. v. 1. dicitur
q. quandiu sumus in corpore peregr
nauer a domino q. per fidem non per
speciem ambulamus. ac Paulus in
illo statu non peregrinabat a domino
2. q. intellectus fuit abstractus a cor
poralibz per eleuationem ergo multo
magis anima q. potentia non potest su
pra essentiam suam eleuari in qua radi
cat / 3. q. multo magis debet abstrahi
si a viribz animae vegetabilis q. sunt
magis materiales. ac si operatiue
cessante iam nullo modo remanet ani
ma corpori coniuncta

Sed contra est August. in epist. ad Paulu

Summula D. Thomae

nam, de Videndo deum. | Dicendum
q. in Raptu non videtur q. anima corpori
uniat. sed ~~substantia~~ ~~ad~~ actualis
conuersus ~~non~~ ad phantasmata in
quo supra suam naturam eleuatur
ne impediat eius eleuatio in id. quod
omnia phantasmata excedit. ↑
tenden
tia
Ad 1. R. q. Paulus tunc peregrinabatur
quantum ad altum. sed quantum ad
statum. q. adhuc erat ciuitas. | Ad. 2.
q. potentia animae virtutes supernatu
rali potest eleuari in aliquid altius q.
poscat modus sue naturae. | Ad. 3. q. virtu
tes vegetabiles operantur naturaliter
et non ex intentione animae. sic uis sen
situa, ex quarum operatione minuere
e intentione animae circa intellectuam
cognitionem.

Ar. 6. Vn. Paulus ignorauerit
an anima eius fuerit a corpo
re separata?

¶ Fuit q. n. ignorauerit. q. 2. ubi
dicit scilicet in raptum usq.
ad tertium caelum. Sed autem ho
minat compositum ex anima et cor
pore et raptus etiam differt a morte
2. q. scilicet de raptum usq. ad tertium
caelum. quod si q. res corporea et sensibus
corporis videri debuit. | 3. q. ut dicit Au
gust. in super genes. ipse uidit in raptu
deum ea visione, qua uident sancti in
patria. Sancti autem ex ipso q. uident
deum

deum sciunt an animae ex sint a
corporibus separatq

Sed contra. 2. cor. 12. siue in corpore
siue extra corpus nescio deus scit -
Dicendum (omissis alijs modis dicendi
minus probabilibz) iuxta Augusti-
num. 12 super genes. q. Paulus unū
sciuit scilicet se raptum usq; ad terti-
um caelum. et aliud ignorauit scilicet
ut an in corpore. an extra corpus. quod
non sic debet intelligi quasi sollicita-
re num anima ab operibus uege-
tabilibz esset abstracta. q; hoc parui
ponderis erat. nec quasi dubitaret
abstracta esse a sensibilibz id e-
nim certe sciebat. Sed id nesciuit nū-
anima ipsa uere peritorem fuerit
a corpore se iuncta.

Ad. 1. R. q. per synedochem pars homi-
nis dno nominat. uel dicendum q. nō
cum raptus est, sed post annos quattuor
decim dno nominat. uel decem
mortem diuinitus procuratam raptum
diej. uideat August. 12 super genes -

Ad. 2. q. Apstolus sciuit. uel illud ue-
lum esse quid in corporeum, uel aliquo
in corporeum a se uisum in illis ue-
lo. cum hoc potuerit fieri per intelec-
tum eius, etiamsi anima non fuerit
a corpore separata | Ad. 3. cum Augus-
tinus q. illa uisus Pauli fuit similis uisi-
oni

omnibetorum ex parte rei uisq; non
ex parte modi uideri.

Quaestio .176. De Tratijs
gratis datus que pertinet
ad locutionem in duos
articulos diuisa.

Ar. 1. vñ illi qui consequebã
et donum linguarum loquebã
tur omnibus linguis.

Et uidet q; non q; illud quod fit diuina uir-
tute alicui concedit optimum est in suo
genere, sicut uinum ex aqua factum lo-
cumus. 2. sed unusquisq; melius loquitur
propria lingua. unde glossa ponderate
legantiam epistole ad hebraeos supra aliam
Pauli. q; eam non scripsit sermone pere-
grinũ scilicet greco. sed proprio. 2. q; fru-
stra natura terminus deus faciet per plu-
ra que eum defieri possunt per pauciora
sed Apostoli act. 2. ut dicit glossa. uel lin-
guas omnium. uel sola sua hebraea a sin-
gulis intelligebant. 3. q; nec Christus
dominus. neq; modo fideles multiplicita-
te utuntur linguarum.

Sed contra est glossa Gregorij act. 2. in illud
ceperunt loqui uarijs linguis.

Dicendum q; primi discipuli qui erant
unius populi scilicet iuday. isai. 27.
et pauperes quib; non facile adessent qui
eorum dicta alijs interpretarent ut omn-

discipulis
missi ad predica-
dum per totum
orbem

es instruerent omnium linguas erant //
imbuedi. ut sicut gentibus ad idolatri //
am declinantibus introducta est diuer //
sitas linguarum. gen. 11. ita per diuer //
sas linguas ad unitatem uerbi dei redu //
cerentur.

Ad. 1. R. q. discipulos qui propria lingua //
pellebant. instruit dominus alijs linguas //
ad utilitatem ecclesie. et quantum ne //
cesse fuit ad doctrinam fidei, neq. oportet //
bat eos scientijs acquisitis. N. g. geomet //
ria uel arithmetica multum proficit //
esse. Ad. 2. q. conuenientius fuit ut om //
nibus linguis loquerent ad ostendendam su //
entiam sibi a domino collatam. et ut alij //
ei perciperent. cepti alios. alias uide //
re illius uerbi genus. et sic glossa ait. 2 //
maiori miraculo tribuit. Ad. 3. q. Chr //
istus dominus specialiter uerbi proprie //
tatem erat predicaturus. et sic omnium //
cognitum plenus una lingua utebatur. ad //
quod facit doctrina Augustini in Doctorem.

Ar. 2. Vm donum linguarum sit //
excellentijs q. gratia Prophetiq. //
Et uide q. sic. q. donum linguarum est //
magis proprium perfectius status scilicet //
noui testamenti. et sic 2. donum autem //
prophetie conueniebat magis ueteri legi. //
scilicet. s. multifariam multisq. modis //
olundens loquens patribus in prophetis //
2. q. per donum linguarum ordinamur //
ad deum. ~~et sic~~. Per prophetiam //
uero ordinamur ad homines. ut ~~idem~~ di //

Paulus. 1. cor //
14 ait gratias ago //
des q. omnium //
uestrum lingua //
loquor.

3. qz donum linguarum est habituale
 qd utimur cum uolumus. propheticum
 uo minime uedictum est / 4. qz inter
 pretatio sermonum uedec contineri sub
 prophetia. (qz scripturae eodem spiritu ex
 ponuntur quo scribitur edite) sed. i. cor. ii.
 interpretatio sermonum ponit post gene
 ra linguarum. ergo.

Sed contra dicit. i. cor. i. q. maior est
 qui propheta, qz quilibet uisus linguis -
 Dicendum qz prophetia excedit donum
 linguarum tripliciter Primo qz per
 tinet ad ipsam mentis illustrationem,
 donum uero linguarum ad diuersas uo
 ces preferendas. Secundo qz pertinet ad
 rerum notitiam. que notatur et qz no
 titia uocum. Tertio qz donum prophete
 ticum est utilius. ut habet. i. cor. i. q. u.
 Et tripliciter ut exinde constat. scilicet
 ad edificationem ecclesie. secundo
 quantum ad ipsum loquentem cuius
 mens sine uocum intelligentia que
 ad prophetiam pertinet non edifica
 ret. Tertio quantum ad infideles qui
 precipue conuertunt manifestatis
 absconditis cordis sui.

Ad. i. R. quorumqz munus scilicet
 luminis prophetici. et locutionis fit
 a spiritu sancto in uocula lege ad eccle
 sie edificationem. ut habet. i. cor. i. q. u.
 Ad. 2. q. per donum prophetie ordinatur
 homo ad deum secundum mentem
 quod

quod rubilus est q̄ ordinari secundum
 dum linguam, secundum quam
 nus etiam loquitur ad utilitatem ho-
 minum, q̄ secundum prophetiam,
 Ad. 3. q̄ revelatio prophetica extendit
 se ad omnia supernaturaliter cognos-
 cenda, et ita ex eius perfectione procedit
 q̄ in hac vita non possit perfecte haberi,
 per modum habitus. Secus est de dono
 linguarum quod ad cognitionem parti-
 cularem respicit humanarum ut cum
 Ad. 4. q̄ interpretatus sermonum potest
 reduci ad prophetiam sive ob res igni-
 ficatas, sive ob res ignotas quae pro-
 feruntur. sive ob similitudines rerum
 adhibitas. iuxta dictum daniel. 5.
 ac proinde interpretatus dicta, et ubi
 sit donum linguarum. ut patet. 1. corin.
 14. post ponit uerum donum linguarum, q̄
 ad interpretanda diuersa linguarum
 genera se extendit.

Quaestio. 177 De Tratiagra-
 tis data quae consistit in
 sermone in. 2. artic. diij.
 Ar. i. vñ in sermone consistat a
 aliqua gratia gratis data?
 Et uidet quoniam q̄ ex rethorica acquisi-
 ta potest quis docere mouere et p̄belta-
 re. quod pertinet ad dictam gratiam
 supernaturalem / 2. q̄ omnis gratia
 ad

Summula D. Thomae

Beneficentiam.

ad regnum dei pertinet. regnum autem
dei non est in sermone sed in uirtute
i. uirt. 4. 3. q. nulla gratia datur
ex meritis aliter uero esset gratia ut
dicitur Rom. 11. Sermo uero datur ex meri-
tis ut dicit Gregorius super psalm. in illud
ne auferas de oratione uerbum uerita-
tis. 4. q. similiter pronuntiatur ea quae
pertinent ad uirtutem fidei. ergo ser-
mo fidei. sicut et sermo scientiae, et sa-
pientiae poni debet inter gratias gratis
datas.

Sed contra est eccl. 6. Lingua eucharis-
tica. Quod quod gratia gratis datur da-
tur in utilitatem aliorum et cum spiritus san-
ctus in necessarijs suis ecclesiae non defi-
ciat. datur domum linguarum utens lin-
gua tanquam instrumentum. ad docendum ^{efficaci-}
intellectum. Delectandum affectum ^{ter-}
et mouendum ad opera uirtuti consona
ut docet Gregorius in Sermonibus Pentecostes.
Ad. 1. R. q. sicut dicitur miraculis
se quandoque quae naturae potest operari
sic et in presenti spiritus sanctus quod
ad eius operari in seculo mundo. Ad. 2. q. A-
postolus ibi loquitur de sermone qui imi-
tat summam eloquentiam absque uirtute
spiritus sancti ut ex ibidem promissis con-
stat. Ad. 3. q. quandoque dicta gratia sub-
trahitur ob culpam audientium. quando-
que ob culpam loquentis. neque datur ex me-
ritis sicut neque gratia gratis data. quod
ad

ad utramq; per bona opera tollant impe-
dimenta / Ad. 4. q. communicatio fidei
ad alios fit per sermonem scientie, siue
sapientie ut docet Augustinus. 1. 4. de
trinitate.

Ar. 2. Vm Gratia sermonis sapi-
entia et scientia pertineat etiam
ad mulieres?

Et videtur q. sic q. eius non dignitas perti-
net ad doctrinam. que mulieribus compe-
te iuxta illud. ps. 4. unigenitus e-
ram coram matre mea. et docebat me /
2. q. donum prophetie quod maius est co-
munit mulieribus. ut constat. iudic. 4. de
delbora. et de Olda. 4. reg. 22. et aliam
u. de quattuor filiabus Philippis. quod et
inquit Apostolus. 1. cor. 11. 3. q. 1.
Petri. 4. dicit unusquisq; sicut accepit gra-
tiam in alterutrum illam administra-
tes. sed quedam mulieres accipiunt gra-
tiam sapientie et scientie. que non pos-
sunt alijs administrare nisi per grati-
am sermonis. ergo.

Sed contra dicit Apostolus. 1. cor. 14. et
1. ad Timot. 2. ubi mulieres in ecclesia
tacere iubet et docere non permittit.

Dicendum q. quantum ad privata uerba
quia et familiaria ad unum vel pau-
cos gratia sermonis competere potest mu-
lieribus. sed non ad publice docendum in
tota ecclesia. tunc q. naturaliter ^{sunt} subdi-
tarijs. secundo ne alluciantur mines ad

Summula D. Thomae

Libidinem. eccl. 9. Et tertius quod unum
ter mulieres rursus in sapientia per
fecta | Ad. 1. R. q. procedit de doctrina pi
uata | Ad. 2. q. prophetia pertinet ad il
lustrationem mentis in quo sexuum dif
ferentia non attendit | Ad. 3. q. gratiam
diuinitus acceptam oportet diuersimode
aduersus administrari.

Quaestio 178. De Gratia mi
raculorum in 2. art. diuisa

Ar. 1. Vn sit aliqua gratia gratis
data ad miracula facienda?

Et uidetur quod non quod omnis gratia ponitur
siquid in eo cui datur quod de gratia mira
culorum dici non potest si quidem corpus
mortuum reuixit ex uirtute obliuionis
in sepulchris Helisq. 4. reg. 13 | 2. q. q.
tq. gratis datae sunt a spiritibus sanctis. 1. cor.
12. operatio autem miraculorum fiet etiam
a spiritu immundo. ut dicitur matth. 24. q.
surgent pseudoprophetae | 3. q. miracu
la distinguuntur per signa et prodigia si
ue portenta. et per uirtutes. ergo uirtute
gis debuit poni gratia gratis data operati
uirtutum. q. 3. prodigiorum. Et signorum |
4. q. reparatio miraculosa sanitatis per
diuinam uirtutem fit ergo non debet
distingui gratia sanitatum. ab operati
one uirtutum | 5. q. operatio miracu
lorum sequitur fidem uel facientis. 1. cor. 13
uel eorum ob quos miracula fiunt matth.

13. colligitur. ergo si proprie fides gratia gra-
tis data in convenienter etiam proprie
operatio signorum.

Sed contra est Apostolus. 1. Cor. 12.
Ducendum. q. sicut virtutes unius hominis
ad alterum deducit perseverantem et donum
linguarum. sic sermo oportet confirmet
aliquibus signis miraculosis. quibus in
supernaturalium cognitionem perve-
niamus. ut dicitur in ultimis. ac pro-
inde ponenda est gratia gratis data ad mi-
racula facienda.

Ad. 1. R. q. sicut propheta se extendit ad
omnia supernaturaliter cognoscibilia
ita operatio virtutum ad omnia superna-
turaliter factibilia; quorum causa est di-
vina omnipotentia nulli creature im-
vincibilis. unde impossibile est q. principi-
um operandi miracula sic aliqua qua-
litas habitualiter manens in anima

Ad. 2. q. dominus loquitur de signis men-
daciis tempore Antichristi. 2. Thessal. 2.

Ad. 3. q. miracula quantum ad id quod fi-
ciuntur virtutes. quantum ad illud pro-
pter quod fiunt dicuntur signa. propter sui
autem excellentiam dicuntur portenta
vel prodigia. Ad. 4. q. gratia sanita-
tum specialiter pericitur. q. per eam con-
fertur beneficium speciale. propter immu-
ne. quod exhibet in omnibus miraculis ut
scilicet homines adducant inde iustitiam.

Ad. 5. q. licet operatio miraculorum attribua-
tur fidei. q. est ad fidei confirmationem; et
pro!

Cucl q. in semen-
dacia vel q. ad
mendacium in-
ducentia. ut ait
August. 20. deci-
m. de j. de qui-
bus loquitur Aposto-
lus.

Summula D. Thomae

procedit ex dei omnipotentia cui fi-
des immitit; tamen sicut propter gratiam
fidei necessaria est gratia sermonis ad fi-
dei instructionem. ita etiam necessari-
a est operatio miraculorum ad fidei con-
firmationem.

Ar. 2. Vni mali Possint mira-
cula facere?

1. Unde quod non quod miracula impetran-
t per orationem. oratio autem peccato-
ris non exaudit. Ioan. 9. et proph. 28.

2. quod miracula attribuuntur fidei Matt
17. fides autem sine operibus inuana

est Jacobi. 2. ergo mali qui sine sine
bonis operibus miracula facere non possunt

3. quod sunt quedam divina testimonia
libri. 2. deus autem non potest esse testis

falsitatis ergo mali homines non possunt
miracula facere. 4. quod non omnes bo-
ni faciunt miracula. ergo minus illa

faciunt mali.

Sed contra dicitur 1. Cor. 13. si habueris
omnem fidem, ita ut montes transferas
charitatem autem non habueris nihil

sum. Dicendum quod miraculorum quedam
non sunt vera sed phantastica facta. que

dum vera facta sed non miracula et hec pot-
sunt fieri virtute naturalium causarum

et predicta duo possunt fieri per demones
vera autem miracula non possunt fieri

nisi virtute divina ad hominum utilita-
ta

tatem et sic dupliciter. uno modo ad ue-
ritatis predicatę confirmationem. et
sic per malos etiam fieri potest ut ex ma-
g. 7. et Hieronymus ibi constat. alio
modo ad manifestationem sanctita-
tis alicuius et sic fit per sanctos. alio
modo. 19. quamuis et sic rite prohiberet
miracula fieri per peccatorem ad inu-
cationem alicuius sancti. que tamen mi-
racula tunc non dicerentur facere peccator
sed ille ad cuius inuocationem sunt.

Ad. 1. Prę q. quandoq; ex misericordia dei
exardet status peccatoris ^{quamuis} ut ab ipso
est dicitur execrabilis ut dicit Augustinus
super Joannem / Ad. 2. q. agens princi-
pale vitium potest operari per instrumē-
tum mortuum et sic deus per hominē
habentem fidem sine charitate / Ad. 3
q. semper miracula ^{sunt} uera testimonia ei
ad quod inducunt. unde a malis qui fal-
sa denunciant nunq; sunt uera mi-
racula ad confirmationem sue doctrine
et inde Augustinus dicit lib. 33. q. q. ali-
ter magis faciunt miracula. aliter boni
christiani. aliter mali. magi per priua-
tos contractus cum demonibus, boni chr-
istianij per publicam iustitiam; mali-
christianij per signa publica iustitię /

Ad 4. cum Augustinus eodem lib. q. d. d. inq;
nos admonet seeleratos Luminēs aliqua
miracula facere. qualia sancti facere nō
possunt / Ad. 5. cum eodem ibidem. q. deo
non omnibus sanctis ista tribuuntur ne

(uel pro se uel pro
alijs ad gloriam
dei.)

Summula D Thomae

periculosissimo errore decipiant infir-
mi. existimantes in talibus factis esse
maiora dona q̄ in operibus iustitia q̄
bus eterna vita comparat.

Quaestio 179 De Vita activa
et contemplativa in duos

Articulos diuisa.

Art. 1. Vm vita conuenienter diui-
dat per actiuam et contem-
platiuam?

Et uidetur q̄ non q̄ anima per suam esse-
tiam est principium uitae ex 2. de ani-
ma ubi dicitur q̄ vivere in uiuentibus est
esse. actus autem et contemplati-
uus principium est anima per suas po-
tentias. 1. q̄ in uicinerter diui-
ditur prout quate est uivere. per differen-
tias posteriores scilicet actiui et contem-
platiui que pertinent ad intellectum
3. q̄ in men utq̄ dicit motum iuxta
Dionys. cap. 4 de diu. nom. contempla-
tiu dicitur in uiciner quietem. sapie
2. Sed contra est Gregor. in Ezechiel.
Dicendum q̄ uiuentia dicitur que a seip-
sis mouentur seu sperant. et illud est uni-
cuiq̄ maxime competere percipsum quod
est proprium ei, sicut plantarum ui-
ta nutrii. et generari. animalium mo-
ueri et sentire. Et minimum uero in huc
quod intelligunt. Et secundum ratione
agent

3 de anima

agunt et precipue inquis maxime de
 Lectariis ex q. ethic. uel contemplan
 do ueritatem uel in exterioribus actioni
 bus se exercendo.

Ad. 1. R. q. uicere dicit esse uicentiu,
 opes q. uicentia ex hoc q. habent esse
 per suam formam talimodo operant.

Ad. 2. q. uita generaliter sumpta non
 diuidit in actuam et contemplatiua
 sed Vita Summa que ex hoc sortit specie
 q. habet intellectum. Ad. 3. q. ipsum
 templari est quidam interuol animimo
 tu seu operatio. Unde dicitur. 4. cap. de
 uol. uol. ponit tres motus animi con
 templatius. scilicet Rectum, circulari,
 et obliquum.

Ar. 2. Vm Vita sufficienter di
 uidat per actuam et contem
 platiuam?

Et uidet q. 1. et sic. dicit q. tres sunt.
 utiq. maxime excellentes scilicet uol
 uptuosa, civilis (que uidet esse eadem
 ad huc et contemplatiue) ergo. 2. q.
 August. 19. de ciu dei ponit tria gene
 ra utiq. ociosum. aduersum. et exuol
 q. compositum. 3. q. plura sunt Sum
 marum actuum studia. q. contempla
 ti et agere.

Sed contra est q. eiusmodi significant per
 duas uxores Isaac. et per Mariam et Mar
 than teste Gregorio in. 6. moralium

Summula D. Thomae

non esse autem congrua eius modis sig-
nificatio. si essent plures q̄z dicitur.

Dicendum q̄ assignata diuisio est vitæ
Secundum intellectum. qui ^{scilicet}
diuidit in contemplatiuum (cuius fi-
nis est ipsa veritatis cognitio) et in ac-
tuum hinc practicum cuius finis est
aliqua exterior operatio.

Ad. 1. R. q̄ vita voluptuosa est nobis co-
munis cum brutis. ~~ut~~ ut ibidem ait Philo-
sophus de qua nunc non est sermo.

Ad. 2. q̄ media conficiuntur ex extremis
et sic exprimentur et continentur in eis:
et sicut in quolibet mixto predomina-
tur aliquod simplicium. ita in medio ge-
neris utq̄ superabundat quandoq̄ qui-
dam contemplatiuum. quandoq̄ uero
actiuum.

Ad. 3. q̄ omnia studia quae ^{Summa}
ordinantur ad necessitatem presentis ui- ^{na}
tae secundum rationem rectam perti-
nent ad vitam actiuam. quae uero ordi-
nantur ad considerationem ueritatis per-
tinent ad vitam contemplatiuam.

Quaestio. 180. De Vita contem-
platiua in octo articulos diuisa
Ar. 1. Vm̄ vita contemplatiua ni-
hil habeat in affectu. sed totum
in intellectu?

Et uidetur q̄ nihil in affectu. qz. 2. metaph
dicit q̄ finis contemplationis est ueritas
quae

que totaliter pertinet ad intellectum) 2
 q. Gregor. in 6. moral. dicit q. Rachel
 que interpretat vitam principium sig
 nificat vitam contemplativam. Vides
 autem ad intellectum pertinet / 3. q.
 idem Gregor. in ezechiel dicit q. ad vitam
 contemplativam pertinet ab exteriori
 actu quiescere; affectiva autem in
 clinat ad exteriori actus. ergo et
 sed contra est. Gregorius ibidem dicens q.
 contemplativa vita est charitatem dei
 et proximi totamente retinere, et solis
 desideria inquirere.

Dicendum q. cum vita contemplativa
 illorum sit qui principaliter intendunt
 cognitionem veritatis, et intentio sit actus
 voluntatis, que intellectum movet ad
 suam operationem. Vita contemplativa
 quantum ad ipsam essentiam actus //
 pertinet ad intellectum. ad voluntatem
 vero tanquam ad moventem. vel sensibiliter //
 vel intelligibiliter. quandoque quidem prop
 ter amorem rei visq. math. 6. quando
 que per amorem ipsius cognitionis, quam
 quis ex inspectione consequitur. et sic gra
 gorius ponit vitam contemplativam in
 charitate dei. in quantum quis ex amore
 dei inardescit ad eius pulchritudinem con
 spiciendam. terminat autem ad delectatio
 nem, que est in affectu ex qua etiam amor
 interducit / Ad. 2. Per queras sic finalitas
 habet rationem appetibilis, amabilis et de
 lectantis

condito
 214.

boni

Summula D. Thomae

Ad. 2. q. ad illam uisionem incitat amor dei. ut dicit gregor. super ezech. | Ad. 3. q. uis appetitiua non solum membra corporalia. sed et intellectum mouet ut dictum est.

Ar. 2. Vni Virtutes morales pertinent ad uitam contemplatiua
Et uidet q. sic. quoniam eas non aliter pertinent ad dilectionem dei et proximi cui gregor. in ezech. uitam contemplatiua tribuit | 2. q. contemplatiua uita proprie ordinatur ad dei contemplationem ex gregorio ubi supra. sed ad hoc per se nisi non potest nisi per mundiciam quam causant virtutes morales. Malles. 5. et hiebr. 12 | 3. q. gregor. ibidem ait q. uita contemplatiua speciosa est in animo significata per Rachelem. de qua gen. 29. sed pulchritudo animi attenditur secundum uirtutes morales ut acc. Ambrosius lib. de officijs. ergo.
Sed contra est q. ordinantur ad exteriores actiones. Dicendum q. uirtutes morales pertinent ad uitam contemplatiua non essentialiter, sed dispositiue q. sedant interiores passiones et impediunt exteriores actionum tumultus. ut innuit in. 2. et. 12. et hiebr. | Ad. 1. Requiritur contemplatiua habet motum ex parte effectus et secundum hoc dilectio dei et proximi requiritur ad eam et morales uirtutes disponunt | Ad. 2. q. uirtutes morales disponunt ad contemplationem in
quan

quantum causant pacem, et mundici-
am) Ad. 3. q. pulchritudo intellectus
consistit in quadam eius claritate et
debita proportione, que essentialiter
inuenitur in actu rationis contem-
plantis. sapient. 8. factus sum amator
formę illius. participatiue autem in
uirtutibus moralibus maxime tempe-
rantia et castitate qua prohibentur
cipue passiones mentem potissime
distrahunt. ut dicit Augustinus in
lib. soliloquiorum.

Ar. 3. Vm ad vitam contempla-
tuam pertineant diuersi actus?
Funde q. sic. q. Ricardus de sancto Vic-
tore distinguit inter cogitationem me-
ditationem, et contemplationem. que
omnia ad vitam contemplatiuam per-
tinent | 2. q. 2. sunt. 3. dicit q.
speculariter in eandem imaginem tras
formamur. ergo speculatio etiam ad eam
pertinet | 3. q. Bernardus in lib. de con-
sideratione dicit q. prima et maxima
contemplatio est admiratio maiestatis.
Sed hec teste Damasceno spectat ad timo-
rem | 4. q. ad eam requirunt lectio. ora-
tio et meditatio. quoniam et auditus. Suce-
ssio. manu audiebat uerbum illius ~
Sed contra est q. vita hic dicit operatio
cui homo principaliter intendit ~
Ducendum q. actus completiuis contemplatiua uite
tam in homine (de quo in nobis quimur)
est ipsa ueritatis contemplatio quam an-
te

Summula D. Thomae

tecedunt alij duo actus intellectus sui
Sicut cognitio principiorum et deductio
veritatis ex ipsis. nec enim homo
sicut angelus simplici intuitu verita-
tem apprehendit. ex. 7. cap. de div. nom.

Ad. 1. R. cum eodem Ricardo. q. medi-
tatio dicitur inquisitionem veritatis. cogi-
tatio et animi respectus ad evagationem
primam. Sed ut contemplatio est perspicax
et libera intuitus animi in res perspi-
ciendas. Ad. 2. cum glossa Augustini
ibidem. q. speculatio dicitur a speculo. non
a specula in qua similitudo rei cognita
refluet unde ad meditationem reduci
videtur. Ad. 3. q. admiratio est species ti-
